Feria tcia. scda de cruce. Tcia.
Adesto d̄ supplicat.
Feria q̄rta. scda de cruce. Ter
cia: A cunctis. Qđ si in do
minica ul' in aliqua dictaꝝ
fīarum festum euenit. ī mis
sa de festo una tm̄ oro dicat.
In missa uo de dnica. uel de
feria ut sup̄ excepto festo scē
crucis. in cuius missa una tā
tum oro dicatur. In missa uo
de dnica uel' de feria: scda erit
de mībz: tcia: nō mutabit.
Si uero memoria tm̄ occurre
rit: scda erit de ipa. tcia. de
cruce.
In crastino ascensionis: se
cunda oro. Deus a quo scā.
Tercia. Concede q. o. d. ut In
tcessio. Sabbo. Scda. De as
censione. Tercia. Ecclie.

Si missa fiūt de festo: scda erit
de octauis. Tercia. de beata u
gine. Si mem̄ cum festo occur
rit: q̄rta oro dicatur de ipa.
In dnica: scda de ascensione.
tcia. A cunctis. Si festum
fiūt: Scda de ascensione. t
cia de dnica. Si mem̄ cū fes
to occurrit: q̄rta oro dicat
de ipa. Feria scda. scda. Pre
tende. Tcia: omps sempitē.
Deus qui uiuor. Feria
tcia: scda de beato dnico. tcia:
Adesto d̄. supplic.
Feria q̄rta: scda. Deus
qui caritatis. Tercia. A cū
ctis.
Feria quīta: scda. Cor
da famuloꝝ. Tcia. Conce
de. q̄s. o. d. ut intcessio. Si
in aliqua fīā infra octauas
missa fiūt de festo celebrāda:
scda oro erit de octauis. Tcia
nō mutabr: ñ mem̄ fiūt fa
cienda: q̄r tunc tcia erit de
mem̄. Si uo mem̄ tm̄ occurre
rit facienda. Scda erit de
ea. tcia nō mutabr.
Feria sexta fiat missa pro
defunctis: nisi festum impe

diat. Si uero de sco fiat. scda
oro erit. O mps sempitne
deus qui facis. Tcia. Omps
s. deus qui uiuoz.
In crastino trinitatis. scda o.
Corda famlor. Tcia. Omps. s. ds
qui uiuoz.
Feria tcia: scda de beato do
minico. Tcia. Deus omium fide
lium. Feria qrta: scda. De
us qui caritatis. Tercia. A
cunctis. Feria quinta: scda
Deus qui corda. Tercia. Co
cede qs omps deus ut intce
sio. Feria sexta: scda. De
us qui unigeniti. tcia. Om
nipotens sempitne deus q
uiuoz. Sabbo. scda: de octa
uis trinitatis. Tcia. Eccle
tue. Si in aliqua feria hui
ebdomade missa de aliquo
sco fuit celebranda: scda oro
erit de octauis. Tcia no mu
tabitur: excepto qd tcia o
ratio erit in sexta feria de
cruce. Et in sabbo de beata
uirgine. Qd si memoria ta
tum occurrerit facienda: se
cunda oro erit de ea. Tercia si
cut dictum est. Si uero me
moria cum festo: scda oro erit
de octauis. Tcia de memoria.
Deus omium. usqz ad adue
tum exclusiue sub hoc ordine
orones dicende.
Dominica. scda oro erit de
trinitate. Tcia: A cunctis.
Feria scda: si de tempore.
ul de festo agatur: Scda o
ratio erit. Pretende. Tercia:
Omps sempitne deus qui
uiuoz. Feria tcia: scda de
bo dnico. Tercia: Deus omi.
fidelium. Feria qrta: scda.
Deus qui caritatis. Tercia:
A cunctis. Feria quinta:
Scda. Omps sempitne de
us qui facis. Tercia: Concede
qs omps deus ut intcessio.
Feria sexta: scda. Corda fa
mulor. Tcia: Deus a quo.
Sabbo: scda. Ineffabilem. Tci
a: Eccle. Si a deus omium
usqz ad aduentum in dnica
memoria occurrerit facienda:
scda oro erit de ea. Tercia no
mutabitur. Si uo missa de fe
sto fuit: Scda oro erit de dni
ca. Tercia ut prius. uel de me
moria: si cum festo occurrerit

facienda. Quod si festum et oc
tave simul evenerint: Scda
oɔ̃o erit de octavis. Tercia de
dñica. Quando uõ feria scda.
ul' tcia. ul' qrta. missa de scõ fu
erit: Scda oɔ̃o et tcia nõ mu
tabuntur. Qd si cum missa
de scõ occurrerit memoria fa
cienda: Scda oɔ̃o erit de meñ.
Tercia: nõ mutabitur. Si au
tem in quinta fia. uel sexta.
ul' sabbõ: missa de scõ. ul' de tẽ
pore fuit: in feria quinta erit
scda oɔ̃o de spũ scõ. In feria sex
de cruce. In sabbõ: de beata u
gine. Tercia nõ mutabitur:
nisi memoria fuit facienda.
Sabbõ vero infra octavas
si missa fuit de beata uigine:
scda erit de octavis: Tercia. Ec
clie. uel de meñ. Item si in ie
iuniis quatuor tempor septẽ
bris missam de festo fieri con
tigerit: in missa de festo una
tm̃ oɔ̃o dicetur. In missa autẽ
de ieiunio: scda et tcia oɔ̃o: ut
in feriis sup notate st. excep
ta octava nativitatis be vir
ginis. que si in quarta fia
quatuor tempor evenerit:
in missa de octavis una tm̃
oɔ̃o dicetur. In missa vero de
ieiunio: scda erit de octavis.
Tcia de scõ nichomede.

De orationibus dicendis in missis defunctorum in conventu.

Hoc ordine dicantur in
conventu orones pro
defunctis. Pro presenti.
sive p uno defuncto. Si eps
fuit: prima oɔ̃o dicatur.
Deus qui int' aplicos. Si
alius: Inclina. Si uõ femi
na: Quesumus dñe. Scda:
Deus venie. Tercia: Omps
sempiterne deus qui vivorum.
Pro fratribus familiaribus et
benefactoribus. prima. Deus
venie. Scda. Deus qui nos
ꝑrem. Tercia: Omps sem
piterne ds qui vivorum.
Ad omñ anniũsario: prima
Deus indulgentiarum. se
cunda: Deus venie. Tercia:
Omps. s deus qui vivorum.
Si simul evenerint obitus et
anniũsarium: dimittatur de
us venie. et prima oɔ̃o dica
tur pro presenti defuncto. se
cunda: pro anniũsario: Tcia.

nom mutatur. Sciendum
autem qđ in missis pro defu
ctis siue in conuentu siue ex
tra: non debent dici alique
orationes nisi p defunctis. ul'
cōmunes pro uiuis ⁊ defunctis.
Similiter in missis aliis n̄
debent dici orōnes pro defu
nctis: nisi presens defunctus
fuit. De credo.

Notandum qđ in natiuita
te dn̄i ad om̄s missas. et coti
die p octauas etiam in festis
scōꝝ. In circumcisione. Et i
epyphia. In die pasche. et co
tidie p octauas. In die ascen
sionis. In die penthecostes.
et cotidie p ebdomadam ipī.
In dieb; dn̄icis ad omnes
missas nisi fiunt pro defun
ctis. In utroq; festo scē cruc.
In omībȝ solempnitatibus
be marie. Et aplōꝝ. et euuan
gelistarum: nisi in cathedra
scī petri. Item in festo scī bar
nabe. Et scē marie magda
lene. Et scī michaelis. In festo
omnium scōꝝ. In festo dedica
tionis. Et in anniuersario ei
dem: dicendum est Credo i

missis de festis. Aliis uero
diebȝ ul' temporibȝ: n̄ dicat.
De prefatonibȝ.

A die natalis dn̄i ad om̄s
missas et cotidie p octauas.
nisi in festo scī iohannis ⁊ e
in circumcisione. dicatur pre
fatio. Quia p incarnati ubi.
cū suo. Communicantes.
Qđ etiam dicatur in festo
scī iohis. In epyphia et coti
die p octauas in missa de octa
uis et in missa de dn̄ica infra
oct. ⁊ in octaua dicatur pfatio.
Quia cū unigenitus cū suo
cōmunicantes. Feria quarta
in capite ieiunii. et deinceps
usq; ad dn̄icam in passione
nisi in dominicis dicatur
prefatio. Qui corpali: in mis
sis de tempe. In dn̄ica de pas
sione et deinceps usq; ad
pascenen in missis de tēpe.
Et in utroq; festo scē crucis
dicatur pfatio. Qui salutem.
In sabbō scō pasche. Et in die
⁊ cotidie p octauas. et in oc
taua dicatur pfatio. Te qui
dem dn̄e: cū suo cōmunican
tes: et hanc ig. In die ascen

ſionis. et cotidie p̱ octauas
in miſſa de octauis ⁊ in miſſa
de dñica infra octauas. ⁊ in
octaua dicatur p̃fatō. Qui
poſt reſurrectōnem: cū ſuo
cōmunic̃. H p̃fatō etiā dicat̃
in miſſis ſcōꝝ. ñ in ſabbō q̄n
de beata uirgine celebratur: ⁊
niſi in feſtiuitatibꝫ que ꝓp̃am
habent p̃fatōnem. Cōmuni
cantes tamē ñ dicatur. In ſex̃
uō feria poſt octauas: nec pre
fatō de aſcenſione nec Cōmu
nicantes dicuntur. In uigi
lia penthecoſtes. et in die. et
cotidie p̱ ebdōam: dicatur pre
fatio. Qui aſcendens cū ſuo
Cōmunicantes. et hanc igit̃.
In feſto trinitatis ⁊ cotidie p̱
ebdomadam in miſſis de trini
tate dicatur prefatō. Q̄ cum
unigenito. In omībꝫ feſtiuita
tibꝫ apłoꝝ pret̃q̄m in cathe
dra ſcī petri. Item cotidie p̱ oc
tauas apłoꝝ petri et pauli ī
miſſis de octauis. et in octaua
ſcī iohannis eūngliſte. et ī fe
ſto ſcī barnabe. dicatur p̃fa
tō. Te domine. A natiuitate
dñi uſqꝫ ad purificatōnem
in miſſis de beata uirgine. et in
feſto purificatōnis. dicatur
prefatō. Q̄a p̱ incarnati. In anū
tiatōne. In aſſūptōne beate ui
ginis. et cotidie p̱ octauas ī
miſſis de octauis. Et in nati
uitate euſdem. et cotidie per
octauas in miſſis de octauis.
dicatur p̃fatō. Et te in anū
tiatōne. uel aſſūptione. uel
natiuitate. A feſto purifica
tōnis uſqꝫ ad natiuitatem
dñi. etiam in uigilia aſſūpti
onis. in omībꝫ miſſis beate
uirginis ſiue in conuentu ſi
ue extra: dicatur prefatio.
Et te in ueneratōne. Scien
dum autē q̄d de trinitate ſiue
de ſpū ſcō. ſiue de cruce. non ē
propria dicenda prefatō tam
in conuentu quam extra: ñ
in illis diebꝫ de quibꝫ ſuperi
us eſt notatum.

Benedictio aque.

Adiutorium nostrum in nomine domini.
Qui fecit celum et terram.

Exorciſmus ſalis

Exorcizo te creatura
ſalis per deum uiuum. per
deum uerum. per deum ſanctum. per deum qui
te per heliſeum prophetam in aquam
mitti iuſſit ut ſanaretur
ſterilitas aque. ut efficiaris
ſal exorcizatus in ſalutem
credencium. ut ſis omnibus
te ſumentibus ſanitas anime
⁊ corporis. ⁊ effugiat atque
diſcedat ab eo loco quo aſperſus
fueris omnis fantaſia ⁊ ne
quicia uel uerſucia diabo
lice fraudis. omnis que ſpiritus
immundus adiuratus per
eum qui uenturus eſt iu
dicare uiuos, et mortuos:
⁊ ſeculum per ignem. Amen.

Benedictio ſalis

Immenſam clemenciam
tuam omnipotens eterne
deus humiliter imploramus.
ut hanc creaturam ſalis
quam in uſum humani ge
neris. tribuiſti. bene+dicere.
et ſanctificare tua pietate
digneris: ut ſit omnibus
ſumentibus ſalus mentis
⁊ corporis. ⁊ quicquid ex
eo tactum uel reſperſum fuerit
careat omni immundicia.
a. omnique impugnatione
ſpiritualis nequicie. per dominum

Exorciſmus aque

Exorcizo te creatura
aque in nomine dei
patris omnipotentis. et
in no+mine ihesu christi filii eius
domini nostri. et in uirtute
ſpiritus ſancti: ut fias aqua exor
cizata ad effugandam omnem
poteſtatem inimici. ⁊ ipſum
inimicum eradicare. ⁊ ex
plantare ualeas cum angelis
ſuis apoſtaticis. per uirtutem
eiuſdem domini nostri ihesu
christi. Qui uenturus eſt
iudicare uiuos. ⁊ mortuos
⁊ ſeculum per ignem. Amen.

Benedictio aque. Oremus

Deus qui ad ſalutem
humani generis. ma
xima queque ſacramenta
in aquarum ſubſtancia
condidiſti. adeſto propicius
inuocationibus noſtris. et

elemento huic multi
modis purificationibus pre
parato uirtutem tue be
nedictionis infunde. ut
creatura myſterii tui ſer
uiens ad abiciendos de
mones. morbosque pellen
dos. diuine gratie ſumat
effectum. ut quicquid in
domibus uel in locis fide
lium hec unda reſperſerit.
careat omni immundi
cia liberetur a noxa. non
illic reſideat ſpiritus peſtilens
non aura corrumpens.
diſcedant omnes inſidie
latentis inimici. et ſi quid
eſt quod aut incolumi
tati habitantium inuidet
aut quieti. aſperſione huius
aque effugiat ut ſalubri
tas per inuocationem tui
nominis expetita ab omnibus
ſit impugnationibus defen
ſa. Per dominum. Hic mittat
ſacerdos ſal in aquam in modum
crucis dicendo

Commixtio ſalis et aque
pariter fiat in nomine pa
tris et filii et ſpiritus ſancti. Amen.

Benedictio ſalis et aque.
Dominus uobiſcum. Oremus.
Deus inuicte uirtu
tis auctor. et inſupera
bilis imperii rex ac ſemper
magnificus triumpha
tor qui aduerſe ſe domina
tionis uires reprimis qui
inimici rugientis ſeui
ciam ſuperas qui hoſtiles in
nequicias potens expug
nas. te domine trementes
ac ſupplices deprecamur ac
petimus. ut hanc creaturam
ſalis et aque dignanter
accipias. benignus illuſ
tres. pietatis tue more ſanc
tifices. ut ubicumque fuerit
aſperſa per inuocationem ſancti
tui nominis. omnis infeſ
tatio immundi ſpiritus abici
atur. terrorque uenenoſi ſer
pentis procul pellatur. et preſen
cia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam
poſcentibus ubique adeſſe dig
netur. Per eundem. Poſt aſ
perſionem aque. Oſtende nobis domine
miſericordiam tuam. Tempore paſchali di
catur cum. Alleluia. Et ſalutare tuum
da nobis. Dominus uobiſcum. Oremus.

21 f

Exaudi nos domine sancte
pater omnipotens e-
terne deus: et mittere digneris
sanctum angelum tuum
de celis. qui custodiat fo-
veat. protegat ~~ac~~ visitet.
ac defendat omnes habi-
tantes in hoc habitaculo:
per xpistum dominum nos-
trum. Amen.

Ad asperſionem aq̄ benedicte extra tp̄s paschale.

Aſperges me domine yſopo et mundabor lavabis me et ſuper nivem dealbabor. Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria. Evovae. Aſperges.

Tempore paſchali antiph̄a.

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro alle lu ia. Et omnes ad quos pervenit aqua iſta ſalvi facti ſunt et dicent alleluia alle luia.

In die paſche. ℟

Hec eſt dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Gloria. Evovae. Et omnes.

In reſiduo tp̄re reſurrectionis uſq; ad pentec. ℟

Confitemini domino quoniam

bonus quoniam in seculum misericordia eius. Gloria.

Euouae. In die pentec. Emitte spiritum tuum et creabuntur

et renouabis faciem terre. Gloria. Euouae.

Ad̄nica de passione usq; ad cenā dn̄i ī ferialib' dieb; ī nullis de tp̄e Prefatio.

Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti. ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret. Et qui per lignum uincebat p lignum quoq; uinceretur. P xp̄m do

Cantus ferialis ꝛ triū lcōnū.

Per omnia secula seculoꝝ. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda. Habem' ad dominū. Gratias agamus domino deo nr̄o. Dignum ꝛ iustum est.

Vere dignum et iustū est equum et salutare. Nos tibi semp ubiq; gr̄as agere dn̄e sc̄e pater omnipotens eterne deus per xp̄m dn̄m nr̄m Per quem maiestatē tuā

laudant angeli adorant domi
nationes tremunt potestates.
Celi celorumque virtutes ac bea
ta seraphin socia exultatione
concelebrant. Cum quibus et
nostras voces ut admitti iube
as deprecamur supplici confes
sione dicentes.

Pater noster qui es in cel(is)
sanctificetur nomen tuum. Adve
niat regnum tuum fiat volun
tas tua sicut in celo et in terra.
Panem nostrum cotidianum da
nobis hodie. Et dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimit
timus debitoribus nostris. Et ne
nos inducas in temptationem.
Sed libera nos a malo. Amen.

Dominica prima in
aduentu dñi offm̃.



Ad te
leua
ui a
nimam me am deus me us
in te confi do non eru
bescam ne q3 irri deant me
inimici mei et enim uni
uer si qui te expectant
non confun dentur. Vs.
Vias tuas domine demō
stra michi et semitas tuas
edoce me. Gloria. euouae.
non dicatur Gloria in excel
ꝑ aduentũ nisi in festis scõ
rum. Oratio.
Excita quesumus
domine poten
tiam tuam et
ueni: ut ab imminentibus
peccatorum nrõrum pericu
lis. te mereamur protegen
te eripi. te liberante salua
ri. Qui uiuis. ad romanos.
Fres: Scientes quia
hora est: iam nos de
somno surgere. Nunc enim
propior est nr̃a salus: quã
cum credidimus. Nox pre
cessit: dies autẽ appropinq̃
uit. Abiciamus ergo opera
tenebrarum et induamur
arma lucis: sicut in die ho
neste ambulemus. Non in
commessationibꝫ et ebrieta
tibꝫ. non in cubilibꝫ et in
pudicitiis: non in conten

tōne et emulatōne. Sed indu
imini dominum ihesum
xpm. Responsorium.

Univer si qui te ex
pectant non confundē
tur domine. V.
Vias tuas domine
no
tas fac mi chi
et se mitas tu as
e doce me. Al
le lu ya.

Ostende nobis
do mine misericordiam
tu am et salu
tare tu
um da
no bis. Secundum

Illo tempore: matheum
Cum appropinquasset
ihesus hierosolimis. et uenisset
bethphage ad montem oli
ueti: tunc misit duos disci
pulos dicens eis. Ite in cas
tellum quod contra uos ē.
et statim inuenietis asinā
alligatam et pullum cum
ea. Solvite: et adducite mi
chi. Et si quis uobis aliquid
dixerit: dicite quia dominus

his opus habet: et confestim
dimittet eos. Hoc autem to
tum factum est: ut adimple
retur quod dictum est per pro
phetam dicentem. Dicite fi
lie syon. Ecce rex tuus uenit
tibi mansuetus: sedens super
asinam et pullum filium sub
iugalis. Euntes autem disci
puli: fecerunt sicut precepit
illis ihesus. Et adduxerunt asi
nam et pullum: et imposue
runt super eos uestimenta su
a. et eum desuper sedere fecerunt.
Plurima autem turba: stra
uerunt uestimenta sua in uia.
Alii autem cedebant ramos
de arboribus: et sternebant in
uia. Turbe autem que precede
bant et que sequebantur:
clamabant dicentes. Osan
na filio dauid: benedictus
qui uenit in Off. A d
nomine domini.

te domi ne le naui

a nimam meam de us

meus in te confi do non

erubescam neque irride

ant me inimi ci me i et

etenim uniuersi qui te ex

pectant non confun den tur.

Hec Sec. sacra nos domine
potenti uirtute mundatos.
ad suum faciant puriores
uenire principium. Per. Com.

D o mi nus dabit

benignita tem et terra

nostra da bit fructum

Postco(mmunio). Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. ‡ repara-
tionis nostre uentura sollemp-
nia congruis honoribus prece-
damus. P(er). Be-
nedic(tus). Dominica
Populus sc(eci)da offi(cium)
syon ecce dominus ueni-
et ad saluandas gentes
et auditam faciet domi-
nus. glori- am uocis
sue in leticia cor- dis
uestri. V. Qui regis isr(ae)l
intende qui deducis uelut
ouem ioseph. Gloria. Euoue(ae).
Excita domine corda o(rati)o.
nostra ad preparandas
unigeniti tui uias. ut per
eius aduentum purificatis
tibi mentibus seruire mereamur.
Qui tecum. Ad romanos.
Fratres. Quecumque
scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt:
ut per patientiam et conso-
lationem scripturarum spem
habeamus. Deus autem pa-
tientie et solatii det uobis
id ipsum sapere in alterutrum
secundum ihesum christum: ut unani-
mes uno ore honorificetis
deum et patrem domini nostri ihesu
christi. Propter quod suscipite
inuicem: sicut et christus sus-
cepit uos in honorem dei.
Dico enim christum ihesum ministrum
fuisse circumcisionis propter
ueritatem dei. ad confirman-
das promissiones patrum.
gentes autem super miseri-
cordia honorare deum. sicut
scriptum est. Propterea

confitebor tibi in gentibus: et
nomini tuo cantabo. Et iterum
dicit. Letamini gentes: cum
plebe eius. Et iterum. Lau
date omnes dominum: et magni
ficate eum omnes populi. Et
rursum ysaias ait. Erit ra
dix iesse: et qui exurget rege
re gentes. in eum gentes spe
rabunt. Deus autem spei
repleat uos omni gaudio
et pace in credendo: ut habun
detis in spe. et
uirtute spiritus
sancti. Gr. Ex syon

spe cies de co

ris eius. deus ma

manife ste ue

niet. Congre

ga

te illi sanctos

eius qui ordinauerunt

testamentum

e ius super

sacrificia. Alle

lu ya.

Letatus sum in his

que dic ta sunt mi chi

in do mum do

mini i bimus

In illo tempore: Secundum lucam.

Dixit ihesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis. et in terris pressura gentium. pre confusione sonitus maris et fluctuum: arescentibus hominibus pre timore et expectatione que supervenient universo orbi. Nam virtutes celorum movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube: cum potestate magna et maiestate. His autem fieri incipientibus: respicite et levate capita vestra. quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam: et omnes arbores. Cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec. donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Off. Deus tu

convertens vivifi ca bis nos et plebs tu a leta bi tur in te ostende no bis domine misericordi am tu am et salutare tu um da no bis

Placare quesumus domine humilitatis nostre precibus et hostiis. et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum tuis nobis succurre presidiis. Per. Com.

Iherusalem surge et sta in

excelso et in de iocundita
tem que ueniet ti bi a de
o tuo. Postcom.
Refecti cibo spiritualis ali
monie. supplices te do
mine deprecamur: ut huius
participatione mysterij doceas
nos terrena despicere. et a
mare celestia. Dnc. iij. offm.
Gaude te in domi
no sem per iterum dico
gau dete modestia uestra
nota sit omnibz homini bz
dominus prope est ni-
chil solliciti si tis sed in o
mni oratio ne petitio
nes uestre innotescant a
pud deum. V. Et pax dei
que exuperat omnem sensu
custodiat corda uestra et
intelligentias uestras.
Gloria. Euouae. oratio.
Aurem tuam qs dne
precibz nris accom
moda. et mentis nre tenebras.
gra tue uisitationis illust. Q
uiuis. ad chorinthios.
FRes: Sic nos exi

ſtimet homo ut miniſtros
xp̄i: et diſpenſatores mi
niſteriorum dei. Hic iam que
ritur: inter diſpenſatores
ut fidelis quis inveniatur.
Michi autem pro mini
mo eſt: ut a vobis iudicer
aut ab humano die. Sed
neque meipſum iudico. Nichil
enim michi conſcius ſum:
ſed non in hoc iuſtificatus
ſum. Qui autem iudicat me
dn̄s eſt. Itaque nolite ante
tempus iudicare: quoad
uſque veniat dn̄s. qui et il
luminabit abſcondita te
nebrarum et manifeſtabit
conſilia cordium. Et tunc
laus erit
unicuique
a deo. Rⱽ. Qui ſedes
domine ſu per che ru
bin excita potenti
am tuam et veni.

Qui re
gis iſrahel inten
de qui dedu cis ue
lut ouem ioſeph.
Alleluya.
Excita
do mine potenti am
tu am et ue
ni ut ſaluos faci

as nos. Secundum matheum.

In illo tempore: Cum audisset iohannes in vinculis opera xpisti: mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es an alium expectamus: Et respondens ihesus: ait illis. Euntes renuntiate iohanni: que audistis et vidistis. Ceci vident. claudi ambulant: leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est: qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus: cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et plus quam prophetam. Hic est enim: de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Off.

Benedixi sti do mi ne ter ram tu am averti sti captivitatem iacob remisi sti iniquitatem ple bis tu e.

Secreta. Devotionis nostre tibi quesumus domine hostia iugiter immoletur: que et sacri pagat instituta misterii. et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per. Com.

Di ci te pusillanimes conforta mini et

v.

nolite timere ecce deus
noster ueni et salua bit
Imploramus pc̄o
dn̄e clem̄tiam tu
am. ut hec diui nos
na subsidia a uitijs ex
piatos. ad festa uentura
nos preparent. P. fr̄ia. iiii. officiū
Rorate ce li
de super et nu bes plu āt
iu stum aperiatur ter
ra et germinet saluatorē.
tēpe
resur
rect. Alleluya alle
luya. V. Et iusticia oriāt

simul ego dn̄s creaui eum.
Gloria. euouae. Oremus
sine Dn̄s vobiscū.
Presta q̄s omp̄s ds̄. orō
ut redemptionis nr̄e
uentura sollemnitas. et p̄
sentis uite nobis subsidia
conferat. et eterne btitudis
premia largiatur. P. lcō
In diebz illis. ysaie prophē
Dixit ysaias ppheta. Erit
in nouissimis diebz ppara
tus mons domus domini
in uertice montium. et ele
uabitur sup colles. et flu
ent ad eum omnes gentes.
et ibunt ppli multi. et dicēt.
Venite ascendamus ad mō
tem dn̄i. et ad domum dei ia
cob. et docebit nos uias su
as. et ambulabimus in se
mitis eius. q̄ de syon exibit
lex. et uerbum dn̄i de hier
usalem. Et iudicabit gen
tes. et arguet pplos mul
tos. Et conflabunt gladi
os suos in uomeres. et lan

ceas suas in falces. Non le
uabit gens contra gentem
gladium: nec exercebunt
ultra ad prelium. Domus ia
cob: venite et ambulemus
in lumine domini dei nostri. R.

Tol lite por tas prin
ci pes ue stras
et eleuamini por te
eternales et in
troi bit
rex glorie. V. Quis
ascendet in montem do
mi ni aut

quis stabit in loco sancto
e
ius. innocens ma
nibus et
mundo cor de. Dominus
vobiscum. Oratio.

Festina quesumus domine ne
tardaueris: et auxilium
nobis superne uirtutis im
pende. ut aduentus tui con
solationibus subleuentur.
qui in tua pietate confidunt.
Qui viuis. Lectio ysaie prophete.

In diebus illis: Locutus
est dominus ad achaz dicens.
Pete tibi signum a domino deo
tuo in profundum inferni:
siue in excelsum supra. Et
dixit achaz. Non petam:
et non temptabo dominum. Et dixit.

Audite ergo domus dauid.
Numquid paruum vobis ē mo-
lestos esse hominibz. quia mo-
lesti estis et deo meo. Propter
hoc dabit dominus ipse vob
signum. Ecce virgo concipi-
et et pariet filium: et voca-
bitur nom̄ eius emmanuel.
Butyrum et mel comedet:
ut sciat reprobare malum:
et eligere bonum. R̄

Prope est dominus
omnibz invocantibz
e — um omnibz
qui invocant e — um
in verita — te.
Lau-
dem domini
loquetur os me-
um et benedicat
omnis caro nomen
sanctum e — ius. Secdm lucam.

In illo tempe Missus est angelus gabriel a do
in civitatē galilee cui nom̄
nazareth. ad virginem de-
sponsatam viro cui nomen
erat ioseph de domo dauid:
et nom̄ virginis maria. Et
ingressus angelus ad eā:
dixit. Ave gr̄a plena: dn̄s
tecum. Benedicta tu in mu-
lieribz. Que cum audisset:
turbata est in sermone eius:
et cogitabat qualis eēt ista
salutatio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: invenisti

ti enim grãm apud deum. Ecce concipies in utero et pa
ries filium: et uocabis no
men eius ihm. Hic erit mag
nus: et filius altissimi uoca
bitur. Et dabit illi dominus
deus sedem dauid pris eius:
et regnabit in domo iacob
in eternum. et regni eius n̄
erit finis. Dixit autẽ maria
ad angelum. Quomo fiet is
tud: Qm̄ uirum nõ cognos
co. Et respondens angelus:
dixit ei. Sps scs superueniet i
te: et uirtus altissimi obum
brabit tibi. Ideoq; et quod
nascetur ex te scm: uocabit
filius dei. Et ecce elizabeth co
gnata tua: et ipsa concepit
filium in senectute sua. Et h
mensis ẽ sextus illi que uo
catur sterilis: q nõ erit im
possibile apud deum omne
uerbum. Dixit autẽ maria.
Ecce ancilla dni.
fiat m̄ secdm uer
bum tuũ. Off. A
ue mari

a gra tia plena
do minus te
cum benedicta tu
in mu li e ribus et bene
dic tus fru ctus uen
tris tu i. Sect.

Accepta tibi sint domi
ne qs nr̃a ieiunia. que
et expiando nos tua grã di
gnos efficiant. et ad pmi
sa sempiterna pducant. P
dnm. Com.

Ecce uirgo concipiet
et pa ri et filium et uo

cabitur nomen e ius em
manuhel. tempore resurrect. Alle
luya. Postcom.

Salutaris tui dñe munere satiati sup
plices deprecamur: ut cui
letamur gustu renoue
mur effectu. P. dñm.

Feria vi. offm.

Prope es tu domi
ne et omnes vie tue veri
tas initio cogno ui
de testimoniis tuis quia
in eternum tu es.

Beati immaculati in via
qui ambulant in lege do
mini. Gloria. euouae. Oratio

Excita qs dñe potentiam tuam et veni: et
hij qui in tua pietate con
fidunt. ab omni citius ad
uersitate liberentur. Qui
uiuis. Lco ysaie pphe.

Hec dicit dominus ds.
Egredietur virga de radice
iesse. et flos de radice eius
ascendet. Et requiescet sup
eum sps domini: sps sapiē
tie et intellectus. sps consi
lij et fortitudinis. sps scie
tie et pietatis. et replebit
eum sps timoris dñi. Non
secundum visionem oculorum iudi
cabit: neque secundum auditum
aurium arguet: sed iudi
cabit in iusticia pauperes. et
arguet in equitate pro man
suetis terre. Et percutiet ter

rum uirga oris sui: et spu
labiorum suorum interficiet im
pium. Et erit iusticia cin
gulum lumborum eius:
et fides cinctorium renum
eius. R.

Ostende nobis domine
misericordiam
tu am et sa
lu ta re tu um
da no
bis. V. Benedixisti
do
mine ter ram tu
am auerti
sti
captiuitatem ia cob.
Alleluia. Allo. S. lucam.
In illo tempore: Exurgens maria: a
biit in montana cum fe
stinatione in ciuitatem iu
da. Et intrauit in domum
zacharie: et salutauit ely
zabeth. Et factum est ut au
diuit salutationem mari
e elyzabeth: exultauit in
fans in utero eius. Et re
pleta est spiritu sancto elyzabeth:
et exclamauit uoce mag
na. et dixit. Benedicta tu
inter mulieres: et benedi
ctus fructus uentris tui.
Et unde hoc michi. ut ue
niat mater domini mei ad me.
Ecce enim ut facta est uox sa
lutationis tue in auribus
meis: exultauit in gaudi

mte

o infans in utero meo. Et
beata que credidit: qm̄ pfi
cientur ea que dicta sunt
ei a dño. Et ait maria. Ma
gnificat anima mea dnm̄.
Et exultauit sp̄s meus: in deo
salutari meo. Off. Deus
tu conuertens uiuif.
Muneribus nostris qs̄ Sec.
domine precibusq; su
sceptis. et celestibus nos mu
da mysteriis. et clementer
exaudi. P.
Postco. Ecce dominus
ueniet et omnes sancti e
ius cum eo et erit in di
e illa lux magna.

G.

Qui nos domine pcō
sacramenti libatio
sca restauret. et a uetusta
te purgatos in mysterii
salutaris faciat transire
consortium. P. Sabbo. off. in

Ue ni et ostende
nobis faci em tu am do
mi ne qui se des sup che
rubin et salui e rimus.
Qui regis israhel in
tende qui deducis uelut o
uem ioseph. Gl'a. euouae.
Quinq; sequentes orōes
sine Dns uobiscum. dicant' si dic.
Sed dicitur Oremus. oro flect'.
Deus qui conspicis qr
ex nostra prauitate af
fligimur. concede ppitius.
ut ex tua uisitatione conso
lemur. Qui uiuis et regn.
lco ysaie pphete.

In diebȝ illis: clamabunt ad
dñm a facie tribulantis: et
mittet eis saluatorem et p
pugnatorem qui liberet e
os. Et cognoscetur dñs ab e
gypto. et cognoscent egyp
tii dñm in die illa. et colent
eum in hostiis et muneri
bȝ: et uota uouebunt dño.
et soluent. Et percutiet dñs
egyptum plaga: et sanabit
eam. Et reuertentur ad do
minum. et placabitur eis.
et sanabit eos dominus
deus noster. R̷

A summo ce lo
egres si o e ius
et occursus e ius
usque ad summum e ius.
V̷ Celi enar
rant glo
riam de
i et opera manuum e
ius
Annuntiat firmamen
tum.

Con oẽo
cede qs̃ omps̃ deus: ut qui sub peccati iu
go ex uetusta seruitute dep
mimur: expectata unigeni
ti tui noua natiuitate libere
mur. P eund. Lcõ ysaie pph

Hec dicit dominus ds.
Letabitur deserta et
inuia: et exultabit solitu
do. et florebit quasi lilium.
Germinans germinabit.
et exultabit letabunda et
laudans. Gloria libani data

est ei: decor carmeli et saro.
Ipsi uidebunt gl'am domini:
et decorem dei nr̄i. Conforta
te manus dissolutas: et ge
nua debilia roborate. Dicite
Pusillanimes confortami
ni: et nolite timere. Ecce de
us uir ultōnem adducet re
tributōnis: deus ipse ueniet
et saluabit nos. Tunc ape
rientur oculi cecorum: et
aures surdoꝝ patebunt.
Tunc saliet sicut ceruus
claudus: et apta erit lin
gua mutoꝝ ꝫ quia scisse
sunt in deserto aque. et tor
rentes in solitudine: et q̄
erat arida in stagnum et
sitiens in fon
tes aq̄ꝝ. Ait
dn̄s omps. R̄. In sole po
suit taber na
culum su um et
ipse tanquam sponsus p
cedens de thalamo su o.
V. A summo
ce
lo egressio e
ius et occursus e
ius usq; ad
summum e ius. Or̄o.
Adignos nos q̄s domine
famulos tuos quos actō
nis ꝓpue culpa contristat
unigeniti filij tui aduen
tu letifica. Qui tec. Lc̄o ẏsa
hec dicit ie ꝓphete.
dn̄s. Sup montē
excelsum ascende tu qui
euangelizas syon: exalta ī

fortitudine uocem tuam · q̄
euangelizas hierl̄m · Exalta :
noli timere · Dic ciuitatib;
iude · Ecce deus ur̄; dn̄s in for
titudine ueniet : et brachi
um eius dominabitur · Ecce
merces eius cum eo : et opus
illius coram ipo · Sicut pa
stor gregem suum pascet : i
brachio suo congregabit
agnos : et in sinu suo leua
bit eos · dn̄s deus nr̄ · R̷

Domine deus uirtu
tum conuerte
nos et ostende fa
ciem tu am et sal ui e
rimus ·

Excita do
mine poten
tiam tuam et ue
ni ut saluos facias
nos ·

Prā · oro̅
qs̄ om
nipotens de
us · ut filij tui uentura sol
lemnitas · et presentis no
bis uite remedia conferat :
et premia et̄na concedat ·
P · eundem · lco̅ ẏsaie pph̄e
Hec dicit dn̄s xp̄o meo
cyro cuius apprehendi
dexteram · ut subiciam ante
faciem eius gentes : et dor
sa regum uertam · Et apiā
coram eo ianuas : et porte
nō claudentur · Ego ante te
ibo : et gloriosos terre humi
liabo · Portas ereas conte
ram : et uectes ferreos ꝯfrin
gam · Et dabo tibi thesau
ros absconditos · et archa
na secretorum · ut scias q̄

.x.

ego dominus qui uoca no
men tuum deus isrl' ꝓpter
iacob seruum meum et isrl'
electum meum. Et uocaui
te nomine tuo: assimilaui
te et non cognouisti me.
Ego dominus et non est
amplius: extra me n̄ ē d's.
Accinxi te et non cognoui
sti me: ut sciant hi qui ab
ortu solis et qui ab occidē
te. q'm absq; me non ē deus.
Ego dominus et n̄ est alt'.
formans lucem et creans
tenebras faciens pacem et
creans malum. Ego dn̄s.
faciens omnia hec. Rorate
celi desup' et nubes pluāt
iustum. aperiatur terra et
germinet saluatorem: et
iusticia oriatur simul. E
go dominus
creaui eum.


R̷ Excita do
mine potentiam tu am
et ve ni
ut saluos fa cias nos.

R̷ Qui regis
isrl' inten
de qui deducis uelut ouē
io seph qui
sedes sup' cherubim ap
pare . coram effra
im et ben iamin et
manasse. Oro.

Preces populi tui q's dn̄e
clementer exaudi. ut
qui iuste pro peccatis n̄ris

affligimur: pietatis tue ui-
sitatione consolemur. P.
In diebꝫ illis: Lco danielis pphē
Angelus dñi descendit cū
azaria et sociis eius in for-
nacem. et excussit flammā
ignis de fornace: et fecit me-
dium fornacis quasi uentū
roris flantem. Flamma au-
tem diffusa est sup̄ fornacē
cubitis qdraginta nouem:
et incendit quos reperit iu-
xta fornacem de chaldeis mi-
nistros regis qui eam incē-
debant. Illos autem omnino
non tetigit ignis neqꝫ con-
stauit: nec quicqm̄ molestie
intulit. Tunc hi tres quasi
ex uno ore laudabant et glo-
rificabant (et benedicebāt) deum in fornace
dicentes. Ymnus.

Benedictus es domi-
ne deus patrum nostrorum.
Choꝛ Et laudabilis et glorio-
sus in secula. ℣ Et bene-
dictum nomen glorie tue
qd̄ est sanctum. Choꝛ Et
laudabile et gloriosum in
secula. ℣ Benedictus
es in templo sancto glorie
tue. Et laudabilis. ℣
Benedictus es sup̄ thronū
sanctum regni tui. Et
laudabilis. ℣ Benedictus


es super sceptrum diuinita
tis tu e. Et laudabilis.
Benedictus es qui ambu
las sup pennas uentorū.
Et laudab. ℟ Benedictus
es qui sedes sup cherubin
intuens abyssos. Et lau
dabilis. ℟ Benedicant
te omnes angeli et
sancti tu i. Laudabilē
et gloriosum in secula. ℣
Benedicant te celi t̄ra ma
re et omnia que in eis sunt.
Laudabilem. ℣ Glo ria
patri et filio et spiritui
sancto. Laudabili et
glorioso in secu la. ℣ Si
cut erat in principio ⁊ nūc
et semper et in secula secu
lorum amen. ℟ Et laus

et honor potestas et impe-
rium. ℟ Benedictus es
domine deus. Dominus
vobiscum. Oratio.

Deus qui tribus pue-
ris mitigasti flammas
ignium, concede propitius ut
nos famulos tuos non ex-
urat flamma vitiorum. Per.

Lectio: ad thessalon.

Fratres. Rogamus vos per ad-
uentum domini nostri ihesu christi et
nostre congregationis in ipsum
ut non cito moueamini a
uestro sensu neque terreamini
neque per spiritum neque per sermonem
neque per epistolam tamquam per
nos missam quasi instet di-
es domini. Nequis vos se-
ducat ullo modo. Quoniam nisi
uenerit discessio primum et
reuelatus fuerit homo peccati
filius perditionis qui aduer-
satur et extollitur supra omne
dicitur deus aut quod colitur,
ita ut in templo dei sedeat,
ostendens se tamquam sit deus.
Non retinetis quod cum adhuc
essem apud vos hec dicebam
vobis. Et nunc quid deti-
neat scitis: ut reueletur in
suo tempore. Nam misterium iam
operatur iniquitatis: tantum
ut qui tenet nunc teneat. donec de medio fiat
Et tunc reuelabitur ille iniqu-
us quem dominus ihesus interficiet
spiritu oris sui et destruet illu-
stratione aduentus sui.

Tractus.

Qui regis israhel
intende
qui deducis ue-
lut ouem ioseph. ℟
Qui sedes super cheru

bin apparate co

ram effraim

beniamin et

manasse. ℞

Excita do

mine potentiam tuam

et ve ni

ut sal uos fa ci as

nos. Secundum lucam.

Anno quinto decimo imperii tyberii cesaris. procurante pontio pilato iudeam. tetrarcha autem galylee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha iturree et traconitidis regionis. et lisania abiline tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna et cayphas: factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis. predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viam domini rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt prava in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei. Off. Exulta

satis fili a syon.

predica fi li a therusalem

ecce rex tuus ue

nit ti bi sanctus et salua

Sacrifi Sec

ciis pre

sentibz domine tor

qs placatus intende. ut et

deuotioni nr̄e proficiant

et saluti. P. Com.

Exultauit ut gygas

ut gygas ad currendam

uiam. a summo celo egres

sio eius. et occursus eius

usqz ad summum e ius.

Quesumus dn̄e Pcom

deus nr̄. ut sacro scā

mysteria que pro repara

tionis nr̄e munimine contu

listi. et presens nobis re

mediū ee facias et futurū.

Dn̄c. P.

iiij.

Memen to offin.

nostri do mine in bene

placito populi tu i ui

sita nos in salutari

tu o ad uidendum in

bonitate electorum tu

orum in leti cia gentis

tu e. ut lauderis cum he

reditate tu a. V. Custrem

xiii

in domino quoniam bonus

qui in seculum misericor

dia eius. Gloria. euouae.

Excita domine oratio
potentiam tuam et
ueni. et magna nobis uir
tute succurre. ut per auxili
um gratie tue quod nostra peccata
prepediunt. indulgentia tu
e propitiationis acceleret. Per.

Fratres. ad philippenses.
R S. Gaudete in do
mino semper: iterum dico
gaudete. Modestia uestra
nota sit omnibus hominibus.
Dominus prope est. Nichil
solliciti sitis: sed in omni
oratione et obsecratione
cum gratiarum actione pe
titiones uestre innotescant
apud deum. Et pax dei que
exuperat omnem sensum: cu
stodiat corda uestra et intel
ligentias uestras. In christo ihesu
vi domino nostro. R. Prope est dominus
omnibus inuocantibus eum omnibus qui inuocant

eum in ueritate. V. Laudem domini loquetur os
meum et benedicat omnis caro nomen sanc
tum.

Alle luya.

Ve

ni domi ne et noli

tardare re la xa

facinora

no ra.

ple bis tu e. Secundum iohannem.

In illo tempore:
Miserunt iudei ab hiero
solimis sacerdotes et leuitas
ad iohannem: ut interroga
rent eum. Tu quis es? Et
confessus est: et non nega
uit. Et confessus est: quia

non sum ego xpc. Et inter
rogauerunt eum. Quid ergo:
helyas es tu? Et dixit. Non
sum. Propheta es tu? Et respon
dit. Non. Dixerunt ergo ei.
Quis es. ut responsum demus
hiis qui miserunt nos? Quid
dicis de te ipso? Ait. Ego uox
clamantis in deserto. Dirigi
te uiam domini. sicut dixit ysa
ias propheta. Et qui missi fuerant
erant ex phariseis. Et inter
rogauerunt eum et dixerunt
ei. Quid ergo baptizas: si tu
non es xpc. neque helyas. neque
propheta. Respondit eis iohannes
dicens. Ego baptizo in aqua:
medius autem uestrum stetit. quem
uos nescitis qui ante me factus
est: ipse est qui post me uentu
rus est: cuius ego non sum dignus ut
soluam eius corrigiam calcia
menti. Hec in bethania facta sunt trans
iordanem: ubi erat iohannes bap
tizans.

Off. Con forta mi ni
et iam noli te time re
ecce e nim de us no ster
retribuens iudi ci um
ipse ue niet et saluos
nos faci et. Secr.

Sacrificiis presentibus do
mine quesumus placatus in
tende. ut et deuotioni nostre
proficiant. Co. Ecce uirgo con
et saluti. cipiet et pa
Post co. riet.
Sumptis muneribus
domine quesumus. ut cum
frequentatione mysterii:
crescat nostre salutis ef
fectus. Per dominum. In ui
gilia natalis domini officium.

Hodie scietis quia
ueniet dominus et salua

est



bit nos et mane uidebi-
tis gloriam eius. Domi-
ni est terra et plenitudo eius
orbis terrarum et uniuersi qui
habitant in eo. Gloria. euouae.

Deus qui nos re- oro.
dēptōis nr̄e ānua ex-
pectatione letificas: presta
ut unigenitū tuū quem
redēptorem leti suscipimus:
uenientē quoq; iudicem
securi uideamus. Dn̄m no-
strum. h' oro sola dicat'. le.

Hec dicit dn̄s ysaie xpli.
Propt' syon non ta-
cebo. et ppter hierl'm non
quiescam: donec egrediat'
ut splendor iustus eius et
saluator eius ut lampas ac-
cendatur. Et uidebūt gen-
tes iustum tuum: et cuncti
reges inclitum tuum. Et uo-
cabitur tibi nomē nouum.
qd os dn̄i nominauit. Et
eris corona glorie in manu
dn̄i: et diadema regni in ma-
nu dei tui. Nō uocaberis ultra
derelicta et terra tua nō uocabi-
tur amplius desolata. Sz
uocaberis uoluntas mea
in ea. et terra tua i habi-
tabitur: quia complacuit domino
in te. Deinde sine interuallo lega-
tur epl'a ad romanos.

Paulus seruus ihu xpi
uocatus apl's. segrega-
tus in euangelium dei: qd
ante promiserat p pphas
suos in scripturis sanctis de
filio suo. qui factus ē ei ex
semine dauid. sc̄dm carnē.
Qui pdestinatus est filius
dei in uirtute. sc̄dm sp'm sc̄i-
ficationis: ex resurrectione
mortuorum ihu xpi domini
nr̄i. Per quem accepimus
gr̄am et apostolatum ad obe-
diendum fidei in omnibz
gētibz pro noīe eius. In qbz
estis et uos uocati ihu xpi


dñi
uis
R̸ Ho die scie tis
quia ue ni et do mi
nus et saluabit
nos et ma ne uide
bitis glo riam e
ius. V̸ Qui regis isrl'
inten
de qui
deducis uelut ouem io
seph qui se des
sup cherubin
appa re coram ef
frem
beniamin et manasse.
Alleluya.
si dñic fuit Crastina di
e delebi tur iniquitas
terre et regnabit
sup nos saluator mun
In illo Sedm
tempore: mathe
Cum eēt desp̄ de.

ponsata mater ihesu maria io
seph: antequam conuenirent:
inuenta est in utero habens
de spiritu sancto. Joseph autem uir
eius cum esset iustus. et no
let eam traducere: uoluit
occulte dimittere eam. Hec
autem eo cogitante: ecce ange
lus domini in sompnis appa
ruit ei dicens. Joseph fili da
uid: noli timere accipere ma
riam coniugem tuam. Quod
enim in ea natum est: de spiritu
sancto est. Pariet autem filium:
et uocabis nomen eius ihesum.
Ipse enim saluum faciet po
pulum suum: a peccatis
eorum. Off.

Toll ite por tas prin
cipes ue stras et ele
ua mini por te e
terna les et introi bit
rex glo ri e. Secr.

Da nobis quesumus omnipo
tens deus. ut sicut a
doranda filii tui natalicia
preuenimus. sic eius mu
nera capiamus sempiter
na gaudentes. Qui tecum.

Co. Reuelabitur gloria
domini et uidebit omnis
caro saluta re de i nostri.

Da Postcom. nobis
domine quesumus uni
geniti filii tui recensita na
tiuitate respirare. cuius ce
lesti mysterio pascimur et po
tamur. Per eundem dominum.

In nocte natalis domini
ad primam missam officium.


Dominus dixit ad me




fili us me us es tu ego




ho die ge nui te. ℣. Qu



re fremuerunt gentes et



populi meditati sunt ina




nia. Gloria ꝑ Gl̄a ieſt. e u o u a e.

Deus qui hanc sacra oro tissimam noctem veri luminis fecisti illustratōne clarescere. da q̄s. ut cuius lucis mysteria in terra cognovimus eius quoꝝ gaudiys ī celo ꝑfruamur. Qui tecum.

Hec dicit lc̄o ysaie ꝓphē.

dn̄s. Populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Habitantibꝫ in regione umbre mortis: lux orta est eis. Parvulus enim natus ē nobis: et filius datus ē nobis. Et factus est principatus sup humerum eius: et vocabitur nom̄ eius admirabilis. consiliarius. deus. fortis. pater futuri seculi. princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis ñ erit finis. Sup solium david et sup regnum eius sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia: a modo et usq in sempiternum. Deinde sine intervallo leg. epl'a ad tytum.

Karissime: apparuit gr̄a dei salvatoris nr̄i oībus hominibꝫ erudiens nos. ut abnegantes impietatē et sclāria desideria. sobrie et iuste et pie vivamus in hoc sclō: expectantes bām spem et adventum glorie magni dei. et salvatoris dn̄i nr̄i ihesu xp̄i. Qui dedit semetip̄m pro nobis: ut nos redimeret ab omī iniquitate. et mundaret sibi ꝓplm acceptabilem. sectatorem bonoꝝ operum. Hec loquere: et exhortare. In xp̄o ihu domino nostro. ℟.


Tecum principi um
in di e virtu
tis tu e in
splendoribz sancto rum
ex u tero ante
luci ferum
ge nui te. ℣.
Dixit dominus domino
me
o se de a dextris me
is donec ponã
inimicos tu os
scabel lum
pe dum tuo rum.
Alle lu ya.
℣. Dominus dixit
ad me filius meus
es tu ego ho
die
ge nu i te.

In illo tempore: Secundum lucam.
Exiit edictum a cesare augu
sto: ut describeretur universus
orbis. Hec descriptio prima fa
cta est: a preside syrie cirino.
Et ibant omnes: ut profiten
tur singuli in suam civitatem.
Ascendit autem et ioseph a
galilea de civitate nazareth.
in iudeam civitatem david que
vocatur bethleem. eo quod esset
de domo et familia david: ut
profiteretur cum maria des
ponsata sibi uxore pregnan
te. Factum est autem cum essent
ibi: impleti sunt dies ut pare
ret. Et peperit filium suum pri
mogenitum. Et pannis eum
involuit: et reclinavit eum
in presepio. quia non erat ei lo
cus in diversorio. Et pastores e
rant in regione eadem: vigilan
tes et custodientes vigilias
noctis super gregem suum. Et
ecce angelus domini stetit iuxta
illos: et claritas dei circumful
sit illos. Et timuerunt timo
re magno. Et dixit illis ange
lus. Nolite timere. Ecce enim
evangelizo vobis gaudium
magnum quod erit omni populo:
quia natus est vobis hodie
salvator: qui est christus dominus
in civitate david. Et hoc vo
bis signum. Invenietis in
fantem pannis involutum:
et positum in presepio. Et su
bito facta est cum angelo mul
titudo milicie celestis: lauda
tium deum et dicentium. Gloria
in altissimis deo: et in terra
pax hominibus bone voluntatis. Credo.



Sec.
Accepta tibi sit quesumus
domine hodierne festi
vitatis oblatio. ut tua gratia
largiente per hec sacrosancta com
mercia in illius inveniamur
forma in quo tecum est nostra sub

stantia. Qui tecum. prefat. Quia per incarnati. et. Communicantes et noctem. com.

In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te.

pco. Da nobis quesumus domine deus noster: ut qui nativitatem domini nostri ihesu xpisti nos frequentare gaudemus. dignis conversationibus ad eius mereamur pervenire consortium. Qui tec. Ite missa est.

In aurora ad primam. ad missam. offitium.

Lux fulgebit hodie super nos quia natus est nobis dominus et vocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi cuius regni non erit finis. ps. Dominus regnavit decorem induit induit dominus fortitudinem et precinxit se virtute. Gloria. Kyrie. eo. or.

Da quesumus omnipotens deus. oratio. ut qui nova incarnati verbi tui luce perfundimur. hoc in nostro resplendeat opere. quod per fidem fulget in mente. Per eundem. Memoria de sancta Anastasia. oratio.

Da quesumus omnipotens deus ut qui beate anastasie martiris tue

Hu sollemnia colimus. eius ap
te patrocinia sentiamus. ℣.
Hec dicit leo ysaie ꝓphe.
dominus: Spiritus do
mini sup me: eo quod unxe
rit me. Ad annuntiandū
mansuetis misit me: ut me
derer contritis corde. et pre
dicarem captiuis indulgē
tiam. et clausis apertionem
ut predicarem annum pla
cabilem domino. et diem ul
tionis deo nr̄o. ut consolarer
omnes lugentes. et ponerē
fortitudinem lugentibꝫ sy-
on: et darem eis coronam p
cinere. oleum gaudii pro lu
ctu: pallium laudis p spū
meroris. Et uocabuntur i
ea fortes iusticie: plantatō
dn̄i ad glorificandum. Ecce
dn̄s auditum fecit: in extre
mis terre. Dicite filie syon. Ec
ce saluator tuus uenit. ecce
merces eius cum eo: et opus
illius coram eo. Et uocabūt
eos ppl's sc̄s: redempti a do
mino deo nr̄o. Deinde sine i
noe: tertullo ep̄ ad tyt.
Apparuit benignitas

et humanitas: saluatoris
nr̄i dei. Non ex opibꝫ iusti
cie que fecimus nos. ſꝫ ſcd̄m
suam misericordiam saluos nos
fecit. per lauachrum rege
nerationis et renouationis
sp̄c sc̄i. quem effudit in nos
habunde p ihm xp̄m salua
torem nr̄m: ut iustificati
gr̄a ipsius. heredes simus
ſcd̄m spem uite eterne. In xp̄o
ihu domino nostro. ℟.



est et est mira

bile in oculis nostris.

Allelu ya

Do

mi nus regna

uit decorem in du

it indu it do minus

forti tu dinem et

precinxit se uirtu te.

In illo sedm lucā

tempe: Pasto

res loquebantur

ad inuicem. Transeamus
usꝫ bethleem: et uideamus
hoc u͛bum qd̄ factum ē qd̄
fecit dn̄s et ostendit nobis.
Et uenerunt festinantes:
et inuenerunt mariam et
ioseph. et infantem positū
in presepio. Videntes aute͞:
cognouerunt de u͛bo qd̄ di
ctum erat illis de puero hoc.
Et om̄s qui audierunt mi
rati sunt: et de hys que dic
ta erant a pastoribꝫ ad ip
sos. Maria autē conserua
bat om̄ia uerba hec: confe
rens in corde suo. Et reuersi
sunt pastores glorificantes [et laudantes]
deum. in om̄ibꝫ que audie
rant et uiderāt:
sicut dictū est
ad illos. Off. De us e

nim firma uit or

bem terre qui non

commo uebitur para ta

se des tu a de us ex tunc
a se cu lo tu es. sc̄
Munera nr̄a q̄s dn̄e na
tiuitatis hodierne
mysteriis apta proueniant.
ut sicut homo genitus idē
refulsit deus. sic nobis hec
terrena sb̄stancia conferat
qd̄ diuinum est. P eundem.
Ade sc̄a anastasia sc̄
Accipe q̄s dn̄e munera
dignanter oblata. et beate
anastasie suffragantibz
meritis. ad nr̄e salutis au
xilium prouenire concede.
P. pfac̄ Quia p incarnati
et Com
munic.
z d. co Exulta fi lia sy
on lauda fi lia ihrusa lem
ecce rex tuus ue nit sanc
tus et saluator mundi. pco
Huius nos dn̄e sacram̄
ti semp nouitas nata
lis instauret. cuius natiui
tas singularis humanam
repulit uetustatem. P eūd
S de sc̄a anastasia pco
Satiasti dn̄e familiā
tuam muneribz sacris. et
semp q̄s interuentione nos re
foue. cuius sollempnia cele
bramus. P. Ite missa est.
ad maiorem missā offin.

uer na
tus est
no bis et fi lius datus est
nobis cuius imperium su
per hu merum e ius et

uocabitur nomen e ius

magni consili i an gelus.

V. Cantate dño canticum

nouum quia mirabi lia fe

cit. Gloria. euouae.

Oro. Concede q̃s om Glã in ex. nipotens deus. ut nos u nigeniti tui noua p̃ carne natiuitas liberet. quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. P. eundẽ.

Lc̃o ysaie pphẽ. Hec dicit dñs. Propt̃ h sciet populus meus nom̃ meum in die illa: quia ego ipe qui loquebar ecce adsum. Quã pulchri sup montes pedes annuntiantis et predicantis pacem. annuntiantis bonum. predicantis salutem: dicentis. Syon: regnabit ds̃ tuus. Vox speculatorꝫ tuorum. Leuauerunt uocem simul laudabunt: quia oculo ad oculum uidebunt. cum conuerterit dñs syon. Gaudete. et laudate simul deserta ierlm: quia consolatus ẽ dñs populum suum. redemit ierlm. Parauit dominus brachium scm̃ suũ. in oculis omnium gentium: et uidebunt omnes fines terre salutare dei nr̃i. Deinde sine interuallo eplã ad h[...]

Fr̃s: Multifarie multisq; modis olim ds̃ loquens patribꝫ in pphetis: nouissime diebꝫ istis locut̃ ẽ nobis in filio. quẽ constituit heredem uniuersoꝝ. per quem fecit et sclã. Qui cũ sit splendor glorie et figura substantie eius portãsq; om̃ia uerbo uirtutis sue. purgationem peccãtoꝝ faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto meli

oi angelis effectus· q̃nto dif
ferentius pre illis nomen he
reditauit· Cui enim dixit ali
q̃ndo angelorum filius meus
es tu· ego hodie genui te· Et
rursum· Ego ero illi in patrem:
et ipse erit michi in filium· Et
cum iterum introducit primo
genitum in orbem terre dicit·
Et adorent eum omnes angeli
dei· Et ad angelos quidem
dicit· Qui facit angelos su
os spiritus: et ministros suos fla
mam ignis· Ad filium autem·
Thronus tuus deus in seculum
seculi: uirga equitatis uirga
regni tui· Dilexisti iusticiam
et odisti iniquitatem: propterea
unxit te deus deus tuus o
leo exultationis· pre partici
pibus tuis· Et tu in principio
o domine terram fundasti: et
opera manuum tuarum sunt
celi· Ipsi peribunt tu autem per
manebis: et omnes ut uestimen
tum ueterascent· Et uelut
amictum mutabis eos: et
mutabuntur· Tu autem i
eripere eum de manibus eorum
et reddere
patri suo.

℟. Ad dominum
dum tribula rer cla



Tractus. Dne n sedm.

xxxix In illo tempore. Secundum matheum.

xxi Dicebat ihc turbis iude
orum. Homo erat pater
familias qui plantauit
uineam: et sepem circu
dedit ei. et fodit in ea tor
cular. et edificauit turri
et locauit eam agricolis.
et pegre profectus est. Cu
autem tempus fructuum
appropinquasset: misit
seruos suos ad agricolas.
ut acciperent fructus eius.
Et agricole apprehensis
seruis eius: alium ceci
derunt. alium occiderunt.
alium uero lapidauerunt.
Iterum misit alios seruos
plures prioribus: et fecerunt
illis similiter. Nouissime au
tem: misit ad eos filium suum
dicens. Verebuntur filium
meum. Agricole autem uiden
tes filium: dixerunt intra
se. Hic est heres. uenite oc
cidamus eum: et habebimus
hereditatem eius. Et app
hensum eum eiecerunt ex
tra uineam: et occiderunt.
Cum ergo uenerit dominus
uinee: quid faciet agricolis
illis? Aiunt illi. Malos
male perdet: et uineam suam
locabit agricolis. qui red
dant temporibus suis. Dicit
illis ihc. Nunquam legistis
in scripturis. lapidem quem
reprobauerunt edificantes
hic factus est in caput an

giuli. a domino factum est et
est mirabile in oculis nostris.
Ideo dico vobis: quia aufe-
retur a vobis regnum dei
et dabitur genti facienti
fructus eius. Et qui ceciderit
super lapidem istum: con-
fringetur. Super quem vero
ceciderit: conteret eum. Et
cum audissent principes
sacerdotum et pharisei pa-
rabolas eius: cognouerunt
quod de ipsis diceret. Et querentes
eum tenere timuerunt
turbas: quoniam sicut prophetam e-
um ha-
bebant. Off. Domine in au-
xilium me- um respice con-
fundantur et reuerean-
tur qui que- runt animam
me- am ut auferant
e- am. Secreta.
Hec in nobis sacrificia
deus. et actione perma-
neant et operatione firme-
tur. Per. Ps. Qui confidunt. Co.
Tu do mi- ne serua-
bis nos et custodies nos
a generatione hac in
Pc. Fac nos
domine quesumus e- ter num.
accepto pignore salutis
eterne. sic tendere congruen-
ter. ut ad eam peruenire pos-
simus. Per. Super populum.
Da quesumus domine populo tuo
salutem mentis et
corporis. ut bonis operibus in-
herendo. tue semper virtutis
mereatur protectione defen-
di. Per dominum nostrum ihesum.
Sabbato officium.


Lex domini irre
prehensibilis convertens
animas testimonium
dei fidele sapientiam
prestans parvulis. V.
Celi enarrant gloriam
dei et opera manuum
eius annuntiat firma
mentum. Gloria. euouae.
Da quesumus oratio
domine nostris effectum
ieiuniis salutarem. ut

castigatio carnis assump
ta. ad nostrarum vegetatio
nem transeat animarum. Per.
Ad diebus iii. lectio libri Genesis.
Dixit rebecca filio suo ia
cob. Audivi patrem tuum
loquentem cum esau fratre
tuo: et dicentem ei. Affer
mihi de venatione tua. et fac
cibos ut comedam: et bene
dicam tibi coram domino. an
tequam moriar. Nunc ergo
fili mi adquiesce consiliis me
is: et pergens ad gregem
affer michi duos edos op
timos ut faciam ex eis es
cas patri tuo quibus liben
ter vescitur. Quas cum intu
leris et comederit: bene di
cat tibi. priusquam moriatur.
Cui ille respondit. Nosti quod
esau frater meus homo pi
losus sit et ego lenis. Si
attrectaverit me pater meus
et senserit: timeo ne putet
me sibi voluisse illudere.
et inducat super me maledi
ctionem pro benedictione. Ad
quem mater. In me sit ait
ista maledictio fili mi. tantum

tum audi uocem meam et
pergens affer que dixi. Abi
it et attulit: deditque matri.
Parauit illa cibos sicut no
uerat uelle patrem illius: et ue
stibus esau ualde bonis quas
apud se habebat domi. indu
it eum. Pelliculasque edorum
circumdedit manibus: et colli
nuda protexit. Deditque pul
mentum: et panes quos
coxerat tradidit. Quibus il
latis dixit. Pater mi. At il
le respondit. Audio. Quis es
tu fili mi? Dixitque iacob. Eg
o sum esau primogenitus
tuus: feci sicut precepisti michi.
Surge. sede et comede de ue
natione mea: ut benedicat
michi anima tua. Rursum ysa
ac ad filium suum. Quomodo
inquit tam cito inuenire
potuisti fili mi? Qui respon
dit. Voluntas dei fuit: ut
cito michi occurreret quod uole
bam. Dixitque ysaac. Accede
huc ut tangam te fili mi:
et probem utrum tu sis fili
us meus esau an non. Ac
cessit ille ad patrem: et palpa
to eo dixit ysaac. Vox qui
dem uox iacob est: sed manus
sunt esau. Et non cognouit
eum: quia pilose manus si
militudinem maioris ex
presserant. Benedicens ergo
illi ait. Tu es filius meus
esau? Respondit. Ego sum.
At ille. Affer michi inquit
cibos de uenatione tua fili
mi: ut benedicat tibi anima
mea. Quos cum oblatos
comedisset: obtulit ei etiam
uinum. Quo hausto: dixit
ad eum. Accede ad me: et
da michi osculum fili mi. Ac
cessit: et osculatus est eum.
Statimque ut sensit uestimen
torum illius fragrantiam: be
nedicens ait. Ecce odor filii
mei sicut odor agri pleni:
cui benedixit dominus.
Det tibi deus de rore celi: et
de pinguedine terre abun
dantiam frumenti et uini et
olei: et seruiant tibi populi.
et adorent te tribus. Esto do
minus fratrum tuorum: et
incuruentur ante te filii
matris tue. Qui maledixe

ur tibi sit ille maledictus: et
qui benedixerit tibi benedi
ctionibus repleatur. Vix ysa
ac sermonem impleverat:
et egresso iacob foras venit
esau. coctosque de venatione
cibos intulit patri dicens.
Surge pater mi. et comede
de venatione filii tui: ut be
nedicat michi anima tua.
Dixitque illi ysaac. Quis e
nim es tu? Qui respondit.
Ego sum filius tuus primo
genitus esau. Expavit y
saac stupore vehementi: et
ultra quam credi potest admi
rans ait. Quis igitur ille
est qui dudum captam ve
nationem attulit michi. et
comedi ex omnibus priusquam
tu venires? Benedixique ei:
et erit benedictus. Audi
tis esau sermonibus patris ir
rugiit clamore magno: et
consternatus ait. Bene
dic etiam et mihi pater mi.
Qui ait. Venit germanus
tuus fraudulenter: et ac
cepit benedictionem tuam.
At ille subiunxit. Iuste vo

catum est nomen eius iacob:
supplantavit enim me en
altera vice. Primogenita
mea ante tulit: et nunc secundo
surripuit benedictionem
meam. Rursumque ad patrem.
Numquid non reservasti
ait et michi benedictionem? Re
spondit ysaac. Dominum tuum
illum constitui: et omnes
fratres eius servituti illius sub
iugavi. Frumento et vino
stabilivi eum. Et tibi post
hec fili mi ultra quid faciam?
Cui esau. Num unam inquit
tantum benedictionem ha
bes pater? Michi obsecro
quoque ut benedicas. Cumque
eiulatu magno fleret:
motus ysaac dixit ad eum.
In pinguedine terre et in ro
re celi desuper:
erit benedic

tio tua. R. Bonum est




In illo **Scdm lucā**

tempe. Dicebat
ihc turbis iudeor.
Homo quidam habuit duos
filios: et dixit adoleſcentior
ex illis patri. Pater: da mi
chi portionem ſubſtantie.
que me contingit. Et diui
ſit illis ſubſtantiam. Et n̄
poſt multos dies congrega
tis omnibz. adoleſcentior
filius peregre profectus ē
in regionem longinquam:
7 ibi diſſipauit ſubſtantiā
ſuam. uiuendo luxurioſe.
Et poſtq̄m omnia conſumaſ
ſet: facta eſt fames ualida
in regione illa. et ipſe cepit
egere. Et abijt et adheſit u
ni ciuium regionis illius:
7 miſit illum in uillam ſuā
ut paſceret porcos. Et cupi
ebat implere uentrem ſuū
de ſiliquis quas porci man
ducabant: et nemo illi da
bat. In ſe autem reuerſus
dixit. Q̄nti mercenarij ī do
mo pr̄is mei abundant pa
nibz: ego autē hic fame pe
reo. Surgam et ibo ad pa
trem meum: et dicam illi.
Pater: peccaui in celum et
coram te: iam n̄ ſū dignus
uocari filius tuus. fac me ſicut
unū de mercenarijs tuis.
Et ſurgens: uenit ad prēm
ſuum. Cum autē adhuc lon
ge eēt: uidit illum pater ſu
us. et miſcdia motus eſt. &

occurrens cecidit super collum
eius: et osculatus est eum.
Dixitque ei filius. Pater pec
caui in celum et coram te:
iam non sum dignus uoca
ri filius tuus. Dixit autem
pater ad seruos suos. Cito
proferte stolam primam
et induite illum: et date a
nulum in manu eius et
calciamenta in pedes. Et
adducite uitulum sagina
tum. et occidite et mandu
cemus et epulemur: quia
hic filius meus mortuus
erat. et reuixit. perierat et
inuentus est. Et ceperunt
epulari. Erat autem filius
eius senior in agro. Et cum
ueniret et appropinqua
ret domui: audiuit sym
phoniam et chorum. Et uo
cauit unum de seruis: et
interrogauit que hec essent.
Isque dixit illi. Frater tuus
uenit: et occidit pater tu
us uitulum saginatum.
quia saluum illum rece
pit. Indignatus est autem:
et nolebat introire. Pater

ergo illius egressus: cepit
rogare illum. At ille res
pondens: dixit patri suo. Ec
ce tot annis seruio tibi et
numquam mandatum tuum
preteriui: et numquam dedisti
michi edum. ut cum ami
cis meis epularer. Sed po
stquam filius tuus hic qui
deuorauit substantiam su
am cum meretricibus uenit:
occidisti illi uitulum sagi
natum. At ipse dixit illi.
Fili tu semper mecum es: et
omnia mea tua sunt. Epula
ri autem et gaudere oporte
bat: quia frater tuus hic mor
tuus erat. et reuixit. Perie
rat: et in
uentus
est. Off.



inimicus me us pre
ualuit ad uersus e
his. scr.
His sacrifi
cijs dñe conce
de placatus. ut qui propriis
oramus absolui delictis nõ
grauemur externis. p. ps.
Corporali
ieiunio.
Com. Oportet te fili
gaudere quia frater tuus
mortuus fuerat et reuixerat
perierat et inuentus est.
Sacramenti tui dñe pco.
diuina libatio pene
tralia nr̃i cordis infundat.
et sui participes potenter ef
ficiat. p. Sup populum.
Familiam tuam qs

domine continua pietate
custodi. ut que in sola spe
grẽ celestis innititur. celesti
etiam protectione muniatur. p.

Dominica tercia officium.

Oculi mei sem per ad
dominum quia ipse euel
let de laqueo pedes me
os respice in me et mi
serere me i quoniam
unicus et pau per
sum ego. ps. Ad te dñe
leuaui animam meam de

us meus in te confido non

erubescam. Gloria. e u o u a e.

Quesumus omnipotens deus. oratio


Quesumus omnipotens deus: uota humilium respice: atque ad defensionem nostram dexteram tue maiestatis extende. Per.

Fratres: ad ephesios

Estote imitatores dei sicut filii karissimi: et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos. et tradidit semetipsum pro nobis oblationem. et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia. aut auaritia. nec nominetur in uobis. sicut decet sanctos: aut turpitudo. aut stultiloquium. aut scurrilitas. que ad rem non pertinet. sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligentes: quod omnis fornicator. aut immundus. aut auarus. quod est ydolorum seruitus. non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo uos seducat: inanibus uerbis. Propter hec enim: uenit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate: et iusticia. et ueritate.

R. Exurge domine non preualeat homo iudicentur gentes in conspectu tuo.

V.


In conuerten do inimicū
meum retror
sum infirmabuntur
et perit eunt
a facie
tu
a. ℣ tractus
Ad te le uaui
o culos me
os qui ha bitas in ce
lis. ℣ Ec
ce si cut o culi seruorum
in manibus domino
rum suorum. ℣
Et si cut o culi ancille
in manibꝫ do mi ne
su e. ℣ Ita
o culi no stri ad
dominum de um no
strum do nec



Sc̄dm lucam.

xi In illo tempe: Erat ihc
eiciens demonium: et il
lud erat mutum. Et cum
eiecisset demonium: locu
tus est mutus. et admira
te sunt turbe. Quidā au
tem ex eis dixerunt. In
beelzebub principe demo
moꝝ eicit demonia. Et a
lij temptantes: signum
de celo querebant ab eo.
Ipse autem ut uidit cogi
tatōnes eoꝝ: dixit eis.
Omne regnum in seipm̄
diuisum desolabitur: et
domus sup̄ domum cadet.
Si autem et sathanas in
seipm̄ diuisus est: quo
modo stabit regnum ipsi?
Quia dicitis in beelzebub
eicere me demonia. Si aut̄
ego in beelzebub eicio demo
nia: filij uri in quo eiciūt
Ideo ipi iudices uri erunt.
Porro si in digito dei eicio de
monia: profecto puenit in
uos regnum dei. Cum fortis
armatus custodit atrium
suum: in pace sunt omnia
que possidet. Si autē fortior
illo superueniens uicerit
eū: uniūsa arma eius au
feret in quibz confidebat.
et spolia eius distribuet.
Qui non est mecum: adu
sum me est. Et qui n̄ colli
git mecum: dispergit. Cū
inmundus spc̄ exierit ab
homine: ambulat p loca
inaquosa querens requi
em et nō inueniens dicit.
Reuertar in domum meā
unde exiui. Et cum uenerit.
inuenit scopis mundatam.
Et tunc uadit et assumit
septem alios spc̄ secum ne
quiores se: et ingressi habi
tant ibi. Et sunt nouissi

et ornatā

ma hominis illius: peiora
prioribus. Factum est autem
cum hec diceret: extollens
uocem quedam mulier de
turba dixit illi. Beatus uen-
ter qui te portauit: et ube-
ra que suxisti. At ille dixit.
Quinimmo beati qui au-
diunt uerbum dei: et custodi-
unt.

Alld.

Offr. Iusti cie domi ni
rec te leti ficantes cor da
et iudicia e ius dulcio
ra sup mel et fa
uum nam et seruus tu
us custo di et e a.

Hec hostia domine quesumus Secr.
emundet nostra delicta
et ad sacrificium celebran-
dum subditorum
tibi corpora mitescere
sanctificet. p. Com. Passer
inuenit sibi domum et tur
tur nidum ubi reponat
pullos su os altaria tua
tua domine uirtutum rex
me us et deus meus bea
ti qui habitant in domo
tu a in seculum seculi
laudabunt te. Postcom.

A cunctis nos domine re-
atibus et periculis pro-
pitiatus absolue quos

tanti mysterii tribus esse
principes. R. Feria .ii. offm.

In deo laudabo verbum
in domino lauda bo sermo
nem in de o spera vi
non time bo quid fa ci
at mi chi ho mo. V.

Miserere mei deus quoniam
conculcavit me homo
tota die impugnans tri
bulavit me. Gloria. Evovae.
ora te o.

Cordibus nostris quesumus domine
gratiam tuam benignus
infunde: ut sicut ab escis
corporalibus abstinemus: i
ta sensus quoque nostros a no
xiis retrahamus excessibus.

R. Lectio libri regum.

In diebus illis: Naaman
princeps militie regis Sy
rie: erat vir magnus apud
dominum suum et honoratus.
Per illum enim: dedit dominus
salutem Syrie. Erat autem
vir fortis et dives: sed le
prosus. Porro de Syria egressi
fuerant latrunculi: et cap
tivam duxerant de terra
israel puellam parvulam: que
erat in obsequio uxoris
naaman. Que ait ad do
minam suam: Utinam fu
isset dominus meus ad prophetam
qui est in samaria: profecto
curasset eum a lepra quam
habet. Ingressus est itaque
naaman ad dominum suum:
et nuntiavit ei dicens. Sic
et sic locuta est puella de ter
ra israel. Dixitque ei rex Syrie:
Vade et mittam litteras ad

regem iſrael. Qui cum perfe-
ciſſet. et tuliſſet ſecum decem
talenta argenti. et ſex mili-
a aureos. ⁊ decem mutato-
ria ueſtimentorum: detulit lit-
teras ad regem iſrael in hec
uerba. Cum acceperis epi-
ſtolam hanc: ſcito quod miſe-
rim ad te naaman ſeruum
meum. ut cures eum a lepra
ſua. Cumque legiſſet rex iſrael
litteras: ſcidit ueſtimenta ſu-
a. et ait. Numquid deus
ſum ego. ut occidere poſſim
et uiuificare: Quia iſte mi-
ſit ad me: ut curem homi-
nem a lepra ſua. Animaduer-
tite ⁊ uidete: quod occaſio-
nes querat aduerſum me.
Quod cum audiſſet helyſeus
uir dei. ſcidiſſe uidelicet re-
gem iſrael ueſtimenta ſua: mi-
ſit ad eum dicens. Cur ſci-
diſti ueſtimenta tua? Ve-
niat ad me: et ſciat prophetam
eſſe in iſrael. Venit ergo naa-
man cum equis et curribus:
et ſtetit ad oſtium domus
helyſei. Miſitque ad eum he-
lyſeus nuntium dicens.

Vade et lauare ſepties in
iordane: et recipiet ſanita-
tem caro tua. atque munda-
beris. Iratus naaman: re-
cedebat dicens. Putabam
quod egrederetur ad me. et
ſtans inuocaret nomen domini
dei ſui: et tangeret manu
ſua locum lepre. et curaret
me. Numquid non meliores
ſunt abana et pharphar
fluuii damaſci omnibus aquis
iſrael. ut lauer in eis et mun-
der: Cum ergo uertiſſet ſe
et abiret indignans: acceſ-
ſerunt ad eum ſerui ſui et
locuti ſunt ei. Pater et ſi rem
grandem dixiſſet tibi propheta:
certe facere debueras. Quan-
to magis quia nunc dixit
tibi. lauare et mundaberis.
Deſcendit ergo. et lauit ſe-
pties in iordane iuxta ſer-
monem uiri dei: et reſtitu-
ta eſt caro eius ſicut caro
pueri paruuli. et mundatus
eſt a lepra. Reuerſuſque ad
uirum dei cum uniuerſo co-
mitatu ſuo: uenit et ſtetit
coram eo. et ait. Vere ſcio.

quod non sit alius deus in
uniuersa terra: nisi tantum
dominus deus israel. R.

Deus uitam me
am nunciaui ti bi
po sui
la crimas me as
in conspe ctu
tu o

V. Miserere mi
chi do mine
quo niam con
culcauit me ho mo
tota die bel lans
tribula uit
me. Off. Domine non secundum.

In illo tempore: Secundum lucam.
Dixerunt pharisei ad ihesum. Quanta audiuimus
facta in capharnaum: fac
et hic in patria tua. Ait
autem. Amen dico uobis:
quia nemo propheta acceptus
est in patria sua. In ueritate
dico uobis: multe uidue
erant in diebus helye in israel:
quando clausum est celum
annis tribus et mensibus sex
cum facta esset fames mag
na in omni terra. et ad nullam
illarum missus est helyas
nisi in sarepta sydonie ad
mulierem uiduam. Et multi
leprosi erant in israel sub

helyseo propheta: et nemo eorum
mundatus est nisi naaman
syrus. Et repleti sunt omnes
in synagoga ira: hec audien-
tes. Et surrexerunt et eie-
cerunt illum extra civitatem
et duxerunt illum usque ad
supercilium montis super quem
civitas illorum erat edificata
ut precipitarent eum. Ihesus
autem transiens: per medi-
um illorum ibat. Off.

Exaudi deus oratio-
nem me- am et ne de-
spexe- ris deprecatio- nem
me- am intende in me
et ex- au-
di me. Secr.

Munus quod tibi domine
nostre servitutis offeri-
mus tu salutare nobis
perfice sacramentum. Per. Pf.
Qui corporali ieiun. Com.

Quis dabit ex syon
salutare israhel cum
averterit dominus capti-
vitatem plebis sue exul-
tabit iacob et leta-
bitur israhel. Postcom.

Presta quesumus omnipotens et mi-
sericors deus ut que
ore contingimus pura mente
capiamus. Per. Sup. populum.
Subveniat nobis domine
misericordia tua ut ab i-
minentibus peccatorum nostrorum

periculis te mereamur pro
tegente saluari. P. Feria iiij. offin
E go clama
ui quo niam exaudi
sti me deus incli na
aurem tuam et ex
audi uerba mea cu
stodi me domi ne ut pu
pillam o culi sub umbr.
alarum tuarum pro
tege me. v. Exaudi domi
ne iusticiam meam intende
deprecationem meam. Gl'a
Exaudi. Oro
nos omps
et misericors ds. euouae
et continentie salutaris pro
pitius nobis dona concede.
P. Lectio libri regum.
In diebz illis: Mulier que
dam clamabat ad helyseum
prophetam dicens. Seruus tu
us uir meus mortuus est.
et tu nosti quia seruus tuus
fuit timens deum. Et ecce cre
ditor uenit: ut tollat duos
filios meos ad seruiendu
sibi. Cui dixit helyseus. Quid
uis ut faciam tibi. Dic mi
chi quid habes in domo tua.
At illa respondit. Non habe
o ancilla tua quicquam in do
mo mea: nisi parum olei quo
ungar. Cui ait. Vade et pe
te mutuo ab omnibz uicinis
tuis uasa uacua non pauca.
et ingredere et claude ostiu.

cum intrinsecus fueris tu et
filii tui. Et mitte inde in omnia
uasa hec: et cum plena fuerint
tolles. Iuit itaque mulier: et
clausit ostium super se et super
filios suos. Illi offerebant
uasa: et illa infundebat.
Cumque plena fuissent ua
sa: dixit ad filium suum.
Affer michi adhuc uas. Et
ille respondit. Non habeo.
Stetitque oleum. Venit autem
illa: et indicauit homini dei.
Et ille. Vade inquit uende o
leum: et redde creditori tuo.
Tu autem et filii
tui: uiuite de re A
liquo. R. Ab occultis
me is munda me
do mine et
ab alie nis
parce ser uo tu o. V.

Si mei non fuerint domi
na
ti tunc immacula
tus e ro
et emunda bor
a delicto max
imo. Secundum matheum xlviii
In illo tempore: Respiciens
ihesus discipulos suos: dixit
symoni petro. Si peccauerit
in te frater tuus: uade et
corripe eum inter te et ipsum
solum. Si te audierit: lucra
tus eris fratrem tuum. Si
autem te non audierit: ad
hibe tecum adhuc unum uel

duos · ut in ore duorum uel tri
um testium stet omne uer
bum · Quod si non audierit
eos : dic ecclesie · Si autem eccle
siam non audierit : sit tibi
sicut ethnicus et publi
canus · Amen dico uobis :
quecumque alligaueritis
super terram · erunt ligata
et in celo · Et quecumque
solueritis super terram : erunt
soluta et in celo · Iterum di
co uobis : quia si duo ex
uobis consenserint super
terram de omni re quecumque
petierint : fiet illis a patre
meo qui in celis est · Ubi e
nim sunt duo uel tres con
gregati in nomine meo : i
bi sum in medio eorum · Tunc
accedens petrus ad eum :
dixit · Domine quociens pecca
bit in me frater meus · et
dimittam ei · Usque septies ·
Dicit illi ihesus · Non dico tibi
usque septies : sed usque sep
tuagies septies · Off. De
xtera domini fecit uirtutem · Secr.
Per hec ueniat quesumus do
mine sacramenta no
stre redemptionis effectus ·
qui nos et ab humanis
retrahat semper excessibus · et
ad salutaria cuncta perdu
cat · Per dominum · Pref. Qui
corporali ieiunio · Com.
Domine quis habitabit
in tabernaculo tuo o aut
quis requiescet in monte
sancto tuo o qui ingre
ditur sine macula et ope
ratur iusticiam.
Sacris domine postcom.
misteriis expiati ·
et ueniam consequamur
et gratiam · Per. Super populum
Tua nos domine protectio
ne defende · et ab omni

·xx·
Dextera domini
exaltauit me
non moriar sed
uiuam et narrabo
opera domini

semp iniquitate custodi. P̄s. Feria .iiii.

Ego autem in do offi

mino spera ui exulta

bo et letabor in tu a mi

sericordia quia respexi sti

humilitatem me am. Ps.

In te domine speraui non co

fundar in eternum in iusti

cia tua libera me. Gloria.

Presta nob orō

qs dn̄e ut

salutaribz ieiu euouae

niis eruditi a noxiis q̄

uitiis abstinentes propit

tiationem tuam facilius
impetremus. P. Lcō libri
Hec dicit dn̄s exodi.
deus. Honora pa
trem tuum et matrē tuā:
ut sis longeuus sup terrā.
quam dn̄s deus tuus dabit
tibi. Non occides. nō me
chaberis. non furtum fa
cies: non loqueris contra
proximum tuum falsum
testimonium. Non concu
pisces domum proximi tu
i: nec desiderabis uxorem
eius. nō seruum. nō ancil
lam. nō bouem. non asinū.
nec omnia que illius sunt.
Cunctus autem ppl's uide
bat uoces et lampades et
sonitum buccine: montē
q̄ fumantem. Et perterriti
ac pauore concussi: steterūt
procul. dicentes moysi. Lo
quere tu nobis: et audie
mus. Non loquatur no
bis dominus: ne forte mo
riamur. Et ait moyses ad
ppl'm. Nolite timere. Ut e
nim probaret uos uenit
deus: et ut terror illius esset

in uobis et non peccaretis.
Stetitque populus de longe. moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.
Dixitque preterea dominus ad moysen. Hec dices filiis israel. Vos uidistis: quod de celo locutus sim uobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis super eo holocausta et pacifica uestra. oues uestras et boues. in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

R. Miserere michi domine quoniam infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea et anima mea turbata est ualde. Tractus. Domine non secundum.

In illo tempore. Secundum matheum.
Accesserunt ad ihesum ab hierosolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram? Nam deus dixit. Honora patrem tuum et matrem: et qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumque dixerit patri uel matri munus quodcumque

eſt ex me tibi proderit: et nõ
honorificauit prẽm ſuum
aut matrem ſuam. Et irri
tum feciſtis mandatum dei
ꝑpt̃ tradiciõnem uſtram. Ypo
crite: bene ꝓphetauit de uo
bis yſaias dicens. Popl's
hic labijs me honorat: cor
autẽ eoꝝ longe ẽ a me. Si
ne cauſa autem colunt me:
docentes doctrinas et man
data hominum. Et conuo
catis ad ſe turbis: dixit eis.
Audite: et intelligite. Non
qd̓ intrat in os coinq̇nat
hominem: ſꝫ qd̓ ꝓcedit ex
ore hoc coinquinat homi
nem. ſed qd̓ ꝓcedit ex ore hoc
coinquinat hominem. Tunc
accedentes diſcipuli eius: di
xerunt ei. Scis quia phari
ſei audito hoc uerbo. ſcan
dalizati ſunt: At ille reſpõ
dens: ait. Omnis plantatõ
q̃m nõ plantauit pat̓ m's
celeſtis: eradicabitur. Sini
te illos. Ceci ſunt: duces eoꝝ.
Cecus autẽ ſi ceco ducatum
preſtet: ambo in foueam ca
dunt. Reſpondens autẽ pe

trus: dixit ei. Ediſſere nob
ꝑabolam iſtam. At ille dixit.
Adhuc et uos ſine intellec
tu eſtis: Num intelligitis
quia omĩe qd̓ in os intrat i
uentrẽ uadit. ⁊ in ſeceſſum
emittitur: Que autẽ proce
dunt de ore de corde exeunt:
et coinquinant hominẽ.
De corde enĩ exeunt cogita
tiones male: homicidia. ad
ulťia. fornicatiões. furta.
falſa teſtimonia. blaſphe
mie. Hec ſunt que coinq̇
nant hominẽ. Non lotis
autem manibꝫ manduca
re: non coinquinat homi
nem. Off.



sericor dia tu a. Sec

Suscipe qs dne preces populi tui cum oblationibz hostiarum et tua misteria celebrantes. ab omnibz nos defende periculis. P. Ps. Qui corpali.

Co. Notas michi fecisti ui as uite adimplebis me leticia cum uul tu tuo domi ne. Pcd

Sanctificet nos dne qua pasti sumus mensa celestis. et a cunctis erroribz expiatos. supnis promissionibz reddat acceptos. P. Sup populum

Concede qs omps ds. ut qui protectionis tue gratiam querimus. liberati a malis omnibz secura tibi mente seruiamus. P.

Feria v. offm.

Salus populi ego sum dicit domi nus de quacumque tribulati o ne clamauerint ad me ex audi am e os et ero illo rum domi nus in per petu um. Ps. re sup.

Alle lu ya. V. Atte dite ppl'e meus legem me

am inclinate aurem uest
tiā in uerba oris mei. Gloria.
Concede oīo
qs omps
deus. ut ieiunii Evovae.
orum nobis sancta deuo
tio et purificationem tribu
at. et maiestati tue nos
reddat acceptos. P. lectio
In diebus illis: Iheremie prophete
Factum est ūbum dn̄i
ad me dicens. Sta in porta
domus dn̄i: et predica ibi
uerbum istud et dic. Audi
te ūbum dn̄i omīs iuda:
qui ingredimini p portas
has. ut adoretis dominū.
Hec dicit dn̄s exercituum
deus isrl. Bonas facite ui
as uras et studia ura: et ha
bitabo uobiscum in loco isto.
Nolite confidere in ūbis m̄
dacii dicentes. Templum
dn̄i. templum dn̄i. templū
dn̄i est. Qm̄ si benedixeri
tis uias uras et studia ue
stra. si feceritis iudicium in
ter uirum et proximum eius
aduene et pupillo et uidue
n̄ feceritis callumniam. nec
sanguinem innocentem
effuderitis in loco hoc. et
post deos alienos nō am
bulaueritis in malum uo
bismetipsis. habitabo uo
biscum in loco isto. in ter
ra quam dedi patribus urīs.
a seculo et usque in sclm̄. Di
cit dn̄s
omps.
R. Ocu li om ni
um in te sperant domine
et tu das il lis
es cam in tempo
re oportu no.
V. Ape

ns

vi ma num tu

am et

imples omne

ani mal benedictio

ne. **Secundum lucam.**

iiij. In illo tempore: Surgens
ihesus de synagoga: introi
uit in domum symonis.
Socrus autem symonis
tenebatur magnis febri
bus. Et rogauerunt illum
pro ea. Et stans super illam
imperauit febri: et dimisit
illam. Et continuo surgens
ministrabat illis. Cum sol
autem occidisset: omnes qui
habebant infirmos vari
is languoribus: ducebant il
los ad eum. At ille singulis
manus imponens: cura
bat eos. Exibant autem
demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es
filius dei. Et increpans non
sinebat ea loqui: quia scie
bant ipsum esse christum. Facta
autem die egressus ibat in
desertum locum: et turbe
requirebant eum. Et venerunt
usque ad ipsum: et detinebant
illum ne discederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia et a
liis ciuitatibus oportet me
euangelizare regnum dei:
quia ideo missus sum. Et
erat predicans
in synagogis
galylee. **Offertorium** Si ambu

la ve ro in me dio

tri bu la ti o nis viuifi

ca bis me

domi ne et su
per i tam ini mico rū
me o rum exten
des ma num
tu am et saluum me
fe cit dextera tu

Efficiatur secr. hec hostia q̃s domine sollempnib; a grata ieiuniis et ut tibi fiat acceptior purificatis mentib; immoletur. P. psc. Qui cor porali com. Tu mandasti
mandata tu a custodi ri
nimis utinam dirigā
tur uie me e ad custo
dien das iustificatio
nes tu as. postco.

Sacramenti tui dñe ueneranda pceptio. et mystico nos mundet ef fectu et ppetua uirtute de fendat. P. sup ppłm. Subiectum tibi ppłm q̃s domine ppitiatio celestis amplificet et tu is semp faciat seruire ma datis. P. feria .vi. officiū.

Fac mecū domine signum in bono
ut uideant qui me oderūt



Eiunia nr̃a ·orõ·



q̄s dñe benigno
fauore pſeque
re· ut ſicut ab alimẽtis i
corpe· ita a uitiis ieiune
mus in mente· ℞· Lẽo lib̃·
In diebꝫ illis: Numerr·
Conuenerunt filij iſ
rahel aduſum moyſen ꝛ
aaron: et uſi in ſeditione
dixerunt· Da nobis aq̃:
ut bibamus· Ingreſſiqꝫ
moyſes et aaron dimiſſa
multitudine tabernaclm̃
federis: conuerunt pni
in terram· clamauerũtqꝫ
ad dñm· atqꝫ dixerunt·
Dñe audi d̃s clamorem
ppli huius· et aperi eis
theſaurum tuum fontẽ
aque uiue: ut ſatiati ceſ
ſet murmuratio eoꝝ· Et
apparuit glã dñi ſr̃ eos·
Locutus qꝫ eſt dñs ad mo
yſen dicens· Tolle uirgam
et congrega pplm̃ tu ꝛ aa
ron frater tuus: et loqu
mini ad petram coram eĩ·
et illa dabit aquas· Cumqꝫ
eduxeris aq̃m de petra: bi
bet omñis multitudo ꝛ iu
menta eius· Tulit ḡ mo
yſes uirgam que erat ĩ con
ſpectu dñi· ſicut pceperat
ei· congregata multitudie
ante petram: dixitqꝫ eis·
Audite rebelles et incre
duli· Num de petra hac uo
bis aquam poterimus

ciere. Cumque elevasset
moyses manum percutiens
virga bis silicem: egresse
sunt aque largissime. ita
ut populus biberet et iumenta.
Dixitque dominus ad moysen et
aaron. Quia non credidistis mihi. ut sanctificaretis me
coram filiis israel: non introducetis hos populos in terram
quam dabo eis. Hec est aqua
contradictionis. ubi iurgati sunt filii israel contra
dominum: et sanctificatus est in
eis. R.

In deo speravit cor me
um et adiutus sum
et refloruit caro mea
et ex voluntate
me a confite bor
il li. V. Ad te do
mine clamavi
deus
me us ne si
le as ne disce das
a me. Scdus dñe iii sedm. xxxix.

In illo tempore: Secundum iohannem. iiij.

Venit ihesus in civitatem
samarie que dicitur sy
char: iuxta predium quod
dedit iacob ioseph filio
suo. Erat autem ibi fons ia
cob. Ihesus ergo fatigatus
ex itinere: sedebat sic super
fontem. Hora erat quasi sex autem
ta. Venit mulier de sama
ria haurire aquam. Dixit
ei ihesus. Da michi bibere.

Da michi bibere. Discipuli
autem eius abierant in ci
uitatem: ut cibos emerent.
Dicit ergo ei mulier illa
samaritana. Quomodo tu
iudeus cum sis. bibere a
me poscis que sum muli
er samaritana? Non enim
coutuntur iudei samari
tanis. Respondit ihesus: et
dixit ei. Si scires donum
dei et quis est qui dicit tibi
da michi bibere: tu forsi
tan petisses ab eo. et dedis
set tibi aquam uiuam. Di
cit ei mulier. Domine. neque in
quo haurias habes: et pu
teus altus est. Unde ha
bes ergo aquam uiuam? Num
quid tu maior es patre
nostro iacob qui dedit nobis
puteum. et ipse ex eo bibit
et filii eius et pecora eius.
Respondit ihesus: et dixit ei.
Omnis qui bibit ex aqua hac:
sitiet iterum. Qui autem
biberit ex aqua quam ego da
bo ei. non sitiet in eternum:
sed aqua quam ego dabo ei. fi
et in eo fons aque salien
tis in uitam eternam. Dicit
ad eum mulier. Domine da mi
chi hanc aquam: ut non sitiam
neque ueniam huc haurire.
Dicit ei ihesus. Vade. uoca uirum
tuum: et ueni huc. Respon
dit mulier: et dixit. Non
habeo uirum. Dicit ei ihesus.
Bene dixisti: quia non habeo
uirum. Quinque enim uiros
habuisti: et nunc quem ha
bes non est tuus uir. Hoc
uere dixisti. Dicit ei muli
er. Domine. uideo quia propheta
es tu. Patres nostri in monte
hoc adorauerunt: et uos
dicitis quia hierosolimis
est locus. ubi adorare opor
tet. Dicit ei ihesus. Mulier cre
de michi: quia ueniet hora. quan
do neque in monte hoc neque
in hierosolimis adorabi
tis patrem. Vos adoratis quod
nescitis: nos adoramus
quod scimus. quia salus ex
iudeis est. Sed uenit hora
et nunc est: quando ueri adora
tores adorabunt patrem in
spiritu et ueritate. Nam et pater
tales querit: qui adorent

eum. Sp's est deus: et eos
qui adorant eum. in spu et
ueritate oportet adorare.
Dicit ei mulier. Scio qz mes
sias uenit: qui dr xpc. Cu
ergo uenerit: ille nobis an
nuntiabit oma. Dicit ei
ihc. Ego sum: qui loquor
tecum. Et continuo uene
runt discipuli eius: et mi
rabantur. quia cum mu
liere loquebatur. Nemo ta
men dixit quid queris:
aut quid loqueris cu ea.
Reliquid ergo ydriam su
am mulier: et abiit i ciui
tatem. et dicit illis homi
nibz. Venite et uidete homi
nem: qui dixit mi omia que
qz feci. Numquid ipse est
xpc. Exierunt de ciuitate:
et ueniebant ad eum. In
terea rogabant eum disci
puli dicentes. Rabi: man
duca. Ille autem dixit eis.
Ego cibum habeo mandu
care: quem uos nescitis. Di
cebant ergo discipuli ad
inuicem. Numquid aliqs
attulit ei manducare.

Dicit eis ihc. Meus cibus
est ut faciam uoluntate
eius qui misit me: ut pfici
am opus eius. Nonne uos
dicitis. qd adhuc qtuor m
ses sunt. et messis uenit.
Ecce dico uobis: leuate o
culos uros. et uidete regio
nes. quia albe sunt iam ad
messem. Et qui metit mer
cedem accipit. et congregat
fructu i uita etna: ut et q se
minat simul gaudeat et qui
metit. i hoc e ubu uerum qa
alius e qui seminat et alis q
metit. Ego misi uos metere
q uos n laborastis. alii labo
rauerunt et uos i labore eorum introistis.
Ex ciuitate aute illa multi crediderunt i eum
samaritanorum ppt ubu
mulieris testimonium p
hibentis: quia dixit mi
chi omia quecumqz feci. Cu
uenissent ergo ad illum sa
maritani: rogauerunt eu
ut ibi maneret. Et mansit
ibi duos dies. Et multo pl
ures crediderunt: ppt ser
monem eius. Et mulieri
dicebant: quia iam n ppt

sermonem eius. Et mulieri
dicebant: quia iam non propter
tuam loquelam credimus.
Ipsi enim audiuimus. et sci
mus: quia hic uere est sal
uator mundi. Off.

Intende uo ci oratio
nis mee rex me us
et de us me
us quo ni am
ad te ora bo do
mine.

Respice domine Secr.
propitius ad munera
que sacramus. ut et tibi
grata sint et nobis salu
taria semper existant. Per d.
Pref. Qui corporali. Com.

Qui biberit aquam quam
ego do dicit dominus sama
ritane fiet in e o fons aque
salientis in uitam eternam.

Huius nos domine per Pco.
ceptio sacramenti mun
det a crimine. et ad celestia
regna perducat. Per. Sr. ppl'm.

Presta quesumus omnipotens deus. ut
qui in tua protectione
confidimus. cuncta no
bis aduersantia te adiuuan
te uincamus. Per. Sabbato offm.

Uerba mea auribus
percipe domi ne intel lige
clamo rem me

um intende uo ci orati
o nis me e. ℣ Rex
meus et deus meus. Gla.
Ora oro.
Presta qs om
nipotens ds: euouae.
ut qui se affligendo car
ne ab alimentis abstinet.
sectando iusticiam a cul
pa ieiunent. p. Lectio da
In diebz illis: nielis pphe.
Erat uir in babilone:
et nomen eius ioachim.
Et accepit uxorem noie
susannam filiam helchi
e: pulchram nimis. et ti
mentem dnm. Parentes
enim illius cum eent iusi
ti: erudierunt filiam su
am scdm legem moysi. E
rat autem ioachim diues
ualde: et erat ei pomeriu
iuxtu domui sue. Et ad
ipm confluebant iudei: eo

quod eet honorabilior oi
um. Et constituti sunt
duo senes iudices i anno
illo: de quibz locutus est
dns. quia egressa est ini
quitas de babilone a seni
bz iudicibz qui uidebant
regere populum. Isti freq
tabant domu ioachim: et
ueniebant ad eos omnes
qui habebant iudicia. Cu
autem ppls reuertisset p me
ridiem: ingrediebatur su
sanna et deambulabat in
pomerio uiri sui. Et uide
bant eam senes cotidie i
gredientem et deambulan
tem: et exarserunt i concu
piscentiam eius. Et euer
terunt sensum suu et decli
nauerunt oculos suos:
ut n uiderent celum. neq
recordarentur iudicioru
iustorum. Factum e autem
cu obseruarent diem ap
tum. qn eam possent iue
nire solam: ingressa e ali
qndo sicut heri et nudius
tercius cum duabz solis
puellis. uoluitq lauari

in pomerio. Estus quippe e
rat. Et non erat ibi quisquam
preter duos senes abscondi
tos contemplantes eam.
Dixit ergo puellis. Afferte
michi oleum et smigmata: et
ostia pomerii claudite ut
lavet. Cum autem egresse es
sent puelle: surrexerunt
duo senes. et accurrerunt
ad eam. et dixerunt. Ecce
ostia pomerii clausa sunt.
et nemo nos videt: et in con
cupiscentia tui sumus.
Quam obrem assentire
nobis: et commiscere nobi
scum. Quod si nolueris: di
cemus testimonium con
tra te. quod fuerit tecum iu
venis. et ob hanc causam
emiseris puellas a te. In
gemuit susanna: et ait.
Angustie michi sunt undique.
Si enim hoc egero mors
michi est: si autem non egero
non effugiam manus vestras.
Sed melius est michi absque
opere incidere in manus ve
stras: quam peccare in conspe
ctu domini. Et exclamavit vo
ce magna susanna. Excla
maverunt autem et senes: ad
versus eam. Cum autem audis
sent clamorem in pomerio
famuli domus: irruerunt
per posticum. ut viderent
quidnam esset. Postquam autem
senes locuti sunt: erubue
runt servi vehementer. quia
numquam dictus fuerat ser
mo huiuscemodi de susan
na. Et facta est dies crastina.
Cumque venisset populus ad vi
rum eius ioachim: venerunt
et duo presbiteri pleni ini
qua cogitatione adversus su
sannam. ut interficerent
eam. Et dixerunt coram
populo. Mittite ad susannam
filiam helchie: uxorem io
achim. Et statim miserunt.
Et venit cum parentibus et fi
liis: et universis cognatis
suis. Flebant igitur sui et omnes
qui noverant eam. Consur
gentes autem presbiteri in medio
populi: posuerunt manus su
per caput eius. Que flens
suspexit ad celum. Erat e
nim cor eius fiduciam ha

bens in dño. Et dixerunt
pbri. Cum deambularemus
in pomerio soli: ingressa est
hec cū duabȝ puellis. et cla
usit ostia pomerii. ⁊ dimisit
puellas. Venitque ad eam a
dolescens qui erat abscon
ditus: et concubuit cū ea.
Porro nos cum eēmus in
angulo pomerii. uidentes
iniquitatē cucurrimus ad
eos: et uidimus eos pariter
cōmisceri. Et illum quidem
ñ quiuimus comprehendere.
quia fortior nobis erat: et
aperto hostio exiluit. Hanc
autem cum apprehendissemus.
interrogauimus quisnam
eēt adolescens: et noluit in
dicare nobis. Huius rei testes
sumus. Credidit eis multi
tudo quasi senibȝ ppli et iu
dicibȝ: ⁊ condemnauerunt
eam ad mortē. Exclamauit
autem uoce magna susan
na. et dixit. Deus eterne qui
absconditorum es cognitor.
qui nosti omnia antequam fiant.
tu scis quoniam falsum contra
me tulerunt testimoniū.

Et ecce morior: cum nichil
horum fecerim que isti ma
litiose composuerunt aduer
sum me. Exaudiuit autem
dñs uocem eius. Cumque du
ceretur ad mortē: suscitauit
dñs spm̄ scm̄ pueri iunioris.
cui nomē daniel. Et exclama
uit uoce magna. Mundus
ego sum: a sanguine huius.
Et conuersus omnis ppls ad e
um: dixit. Quis est iste ser
mo quem tu locutus es. Qui
cum staret in medio eorum.
ait. Sic fatui filii isrl' nō iu
dicantes. neque quod uerū
est cognoscentes: condem
nastis filiam isrl'. Reuertimi
ni ad iudicium: quia falsū
testimonium locuti sunt
aduersus eam. Reuersus est
ergo ppls cum festinatione.
Et dixit ad eos daniel. Se
parate eos ab inuicem pro
cul: et diiudicabo eos. Cum
ergo diuisi eēnt alter ab al
tero: uocauit unū de eis. et
dixit ad eum. Inueterate
dierum malorum. nunc uenerunt
peccata tua que operabaris

prius· iudicans iudicia in-
iusta· innocentes opprimens·
et dimittens noxios: di-
cente domino· innocentem et
iustum non interficies· Nunc
ergo si uidisti eos: dic sub
qua arbore uideris eos lo-
quentes sibi· Qui ait· Sub
scino· Dixit autem daniel·
Recte mentitus es in ca-
put tuum· Ecce enim angelus
domini accepta sententia
ab eo: scindet te medium·
Et amoto eo: iussit uenire
re alium· Et dixit ei· Semen
chanaan et non iuda· spe-
cies decepit te: et concupi-
scentia subuertit cor tuum.
Sic faciebatis filiabus israel:
et ille timentes loqueban-
tur uobis· Sed non filia iu-
da· sustinuit iniquitatem
uestram· Nunc ergo dic mi-
chi sub qua arbore compre-
henderis eos loquentes
sibi· Qui ait· Sub prino·
Dixit autem ei daniel· Re-
cte mentitus es et tu in
caput tuum· Manet enim
angelus domini gladium ha-

bens: ut secet te medium et
interficiat uos· Exclama-
uit itaque omnis populus uoce
magna: et benedixerunt
deum qui saluat sperantes in
in se· Et consurrexerunt
aduersus duos presbiteros: con-
uicerat enim eos daniel·
ex ore suo falsum dixisse te-
stimonium· Feceruntque eis
sicut male egerant aduer-
sus proximum: et interfe-
cerunt eos· Et saluatus
est sanguis innoxius in
die illa· R.





viij. S. Sedm iohem



In illo tempore:
Perrexit ihc
in montem oliveti: et di
luculo iterum venit in te[m]
plum. Et omnis p[o]p[u]l[u]s ven[it]
ad eum: et sedens docebat
eos. Adducunt aute[m] scri
be et pharisei mulierem
in adulterio deprehensa[m]:
et statuerunt eam in me
dio. et dixerunt ei. Magi
ster: hec mulier modo de
prehensa est in adulterio.
In lege autem moyses ma[n]
davit nobis huiusmodi
lapidare. Tu ergo quid di
cis? Hec autem dicebant
temptantes eum: ut pos
sent accusare eum. Ihes[us]
aute[m] inclinans se deorsu[m]:
digito scribebat in terra.
Cum autem p[er]severare[n]t
interrogantes eum: erex
it se. et dixit eis. Qui sine
peccato est v[est]r[u]m: primus
in illam lapidem mittat.
Et iterum se inclinans:
scribebat in t[er]ra. Audien
tes autem unus post u
num exibant: incipien
tes a senioribus. Et reman
sit ihc solus: et mulier in
medio stans. Erigens au
tem se ihc: dixit ei. Muli
er ubi sunt qui te accusa
bant? Nemo te condemna
vit? Que dixit. Nemo do
mine. Dixit autem ihc. Nec
ego te condemnabo. Vade:
et amplius noli peccare.
Offr.



domine secun dum
eloqui um tuum ut nõ
dominetur omnis in
iusti cia domi ne.
Concede q̃s omps̃ sẽc
deus. ut huius sac
ficii munus oblatũ. fra
gilitatem nrãm ab omi
malo purget semper et mu
niat. p. ps̃ ui corrupti. cõ.
Nemo te condemna
uit muli er nemo dom
ne nec ego te condemna
bo iam amplius

no li peccare re. pcom
Q̃s omps̃ deus. ut int'
eius menbra numere
mur. cuius corpi cõmunica
mus et sanguini. p eũdẽ.
Pretende dñe sr̃ pplm.
fidelibȝ tuis dexteram
celestis auxilii. ut te toto
corde pquirant. et que digne
postulant. consequi mereã
antur. p. Dñc
Letare hieru iiii. offic
salem et conuentum facite
omnes qui diligi tis
e am gaudete cum le
ticia qui in tristici a
fu istis ut exul



Concede quesumus omnipotens Oratio deus. ut qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus.

Ep. ad galathas.


Fratres: Scriptum est quoniam abraham duos filios habuit: unum de ancilla. et unum de libera. Sed qui de ancilla: secundum carnem natus est. Qui autem de libera: per repromissionem. Que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in servitutem generans: que est agar. Syna autem mons est in arabia: qui coniunctus est ei que nunc est iherusalem. et servit cum filiis suis. Illa autem que sursum est iherusalem libera est: que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis que non paris. erumpe et clama que non parturis: quia multi filii deserte magis quam eius que habet virum. Nos autem fratres: secundum ysaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat: persequebatur eum qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura: Eice ancillam: et filium eius. Non enim erit heres filius ancille: cum filio libere. Itaque fratres: non sumus ancille filii sed libere. Qua libertate xpistus nos liberavit.



R. Letatus.

sum in his que dic-
ta sunt michi
in domum domi ni i
bimus. V. Fi at
pax in uir-
tu te tu a
et abundan ti a
in turri bus
tu is. Tractus
Qui confi dunt in

do mino sicut mons sy-
on non com
moue bi tur
in eter num qui ha
bi tat in iheru sa
lem. V. Mon
tes in circui tu
e ius et dominus
in circuitu popu
li sui ex hoc



lum. Secundum iohannem

In illo tempore: Abiit ihesus
transmare galylee quod est
tyberiadis: et sequebatur
eum multitudo magna quia vi
debant signa que faciebat
super his qui infirmabantur.
Subiit ergo in montem
ihesus: et ibi sedebat cum disci
pulis suis. Erat autem prox
imum pascha: dies festus
iudeorum. Cum sublevasset
ergo oculos ihesus et vidisset quia
a multitudo maxima ve
nit ad eum: dicit ad phili
ppum: Unde ememus pa
nes ut manducent hi. Hoc
autem dicebat: temptans e
um. Ipse enim sciebat: quid
esset facturus. Respondit
ei philippus. Ducentorum
denariorum panes non suffici
unt eis: ut unusquisque
modicum quid accipiat.
Dicit ei unus ex discipulis
eius: andreas frater sy
monis petri. Est puer unus
hic: qui habet quinque pa
nes ordeaceos. et duos
pisces. Sed hec quid sunt
inter tantos? Dixit ergo
ihesus. Facite homines discum
bere. Erat autem fenum
multum in loco. Discubu
erunt ergo viri: numero
quasi quinque milia. Acce
pit ergo ihesus panes: et cum
gratias egisset: distribu
it discumbentibus. Simili
ter et ex piscibus quantum vo
lebant. Ut autem impleti
sunt: dixit discipulis suis: Col
ligite que superaverunt
fragmenta: ne pereant. Col
legerunt ergo: et imple
verunt duodecim cophi
nos fragmentorum ex quin
que panibus ordeaceis qui su
perfuerunt his qui mandu
caverant. Illi ergo homi
nes cum vidissent quod fece
rat signum: dicebant. Quia
hic est vere propheta: qui ven
turus est in mundum.

. Off.

Laudate dominum
qua benignus est psal
lite nomini e ius quo
niam sua uis est omnia
quecumque uolu it fe
cit in celo et in ter

Sacrificiis **sci** presentibus
dñe qs placatus in ra.
intende·ut et deuotõni
nře proficiant et saluti·
p·dnm· **Com·**

Iherusalem que edificat
ut ciuitas cuius participa
tio eius in id ipsum illuc
enim ascende runt tribus
tribus domi ni ad confite
dum nomini tuo domi

Da nobis **postcō** misericors deus·ut sancta ne·
tua quibus incessanter e
xplemur·sinceris tracte
mus obsequiis·et fideli
semper mente
sumamus·p.

De us in **fēr·ij·offm**
nomine tu o sal uum
me fac et in uirtu te tu a
iu dica me de us



Presta quesumus omnipotens deus. Oratio. ut observationes sacras annua devotione recolentes. et corpore tibi placeamus et mente. Per dominum.

In diebus illis: Lectio libri regum.
Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steteruntque coram eo. Quarum una ait. Obsecro mi domine: ego et mulier hec habitabamus in domo una. et peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postquam ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul: nullusque alius in domo nobiscum. exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempeste noctis silentio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis. et collocavit in sinu suo. Suum autem filium qui erat mortuus: posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce: deprehendi non esse meum quem genueram. Responditque altera mulier. Non est ita: sed filius tuus mortuus est meus autem vivit. E contrario illa dicebat. Mentiris filius quippe meus vivit: et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit. filius meus vivit et filius tuus mortuus est.

et ista respondit non sed
filius tuus mortuus est
meus autem uiuit. Dixit
ergo rex. Afferte michi
gladium. Cumque attu
lissent gladium coram
rege: diuidite inquit in
fantem uiuum in duas
partes: et date dimidiam
partem uni et dimidiam
partem alteri. Dixit autem
mulier cuius filius erat
uiuus ad regem: commota
sunt quippe uiscera eius
super filio suo. Obsecro domine:
date illi infantem uiuum.
et nolite interficere eum.
E contrario illa dicebat:
Nec michi nec tibi sit: sed diui
datur. Respondit rex: et
ait. Date huic infantem
uiuum: et non occidatur.
Hec est enim mater eius. Au
diuit itaque omnis israel iudi
cium quod iudicasset rex:
et timuerunt regem ui
dentes sapientiam dei esse
in eo ad fa
ciendum iu
dicium. R. Esto michi



Nullo secundum iohannem
tempore: Prope
erat pascha iude

Dominica ii secundum
pscata.

orum: et ascendit ihc ierosolimam. Et invenit in templo vendentes oves et boves et columbas: et nummularios sedentes. Et cum fecisset flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oves quoque et boves. Et nummulariorum effudit es: et mensas subvertit. Et his qui columbas vendebant: dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis. quia hec facis? Respondit ihc: et dixit eis. Solvite templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc et tu tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius. quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture: et sermoni quem dixit ihc. Cum autem esset ihrosolimis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius. videntes signa que faciebat. Ipse autem ihc non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes. et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat: quid esset in homine. Off. Jubilate deo omnis terra servite. Sec. xxvi

Oblatum tibi domine sacrificium vivificet nos semper et muniat. P. Pref. Qui corporali ieiunio. Com.

Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo.

Sumptis domine salu- Pco.

tatibus sacramentis. ad re
demptionis eterne qs pro
ficiamus augmentum. P.
Deprecationem (sr̄ pplm) nostram qs domine be
nignus exaudi. et quibz
supplicandi pstas affec
tum. tribue defensionis
auxilium. P. (fer. iii. offm)
Exaudi deus oratio
nem me am et ne des
pexeris deprecationem
me am intende in
me et exau di
me. V. Contristatus
sum in exercitatione me

a et conturbatus sum a
voce inimici et a tribula
tione peccatoris. Gl'a. evovae.
Sacre nobis (Sc̄) qs domine
observationis ieiunia
et pie conversationis aug
mentum. et tue ppitiationis
continuum prestent auxi
lium. P. (Lc̄o libri exodi.)
In diebz illis: Locutus est
dn̄s ad moysen dicens. De
scende de monte: peccavit po
pulus tuus quem eduxisti
de terra egypti. Recesserunt
cito de via quam ostendisti eis.
feceruntque sibi vitulum con
flatilem. et adoraverunt
atque immolantes ei hostias
dixerunt. Isti sunt dii tui
israel: qui te eduxerunt de
terra egypti. Rursumque a
it dominus ad moysen. Cer
no quod populus iste dure cer

tuus sit: dimitte me ut ira
scatur furor meus contra
eos. et deleam eos. faciam q
te in gentem magnam.
Moyses autem: orabat do
minum dñm suum dicens.
Cur dñe irascitur furor tu
us contra pplm tuū quem
eduxisti de t̄ra egypti. in
fortitudine magna et ma
nu robusta? Ne quelo di
cant egyptii. callide edux̄
eos: ut interficeret in mon
tibz et deleret e terra. Qui
escat ira tua: et esto placa
bilis super nequicia populi
tui. R. Recordare abraham
ysaac et isrl' servorum tu
orum: quibz iurasti per te
metipm dicens. Multipli
cabo semen vestrum sicut
stellas celi: et universam ter
ram hanc de qua locutus
sum. dabo semini vro et pos
sidebitis eam semp. Placatus
q est dñs: ne faceret malū
quod locutus fuerat. Et
misertus ē pplo 
suo: dñs deus.
noster. R. Exur





quis. Secundum iohannem.

In illo tempore. Iam die festo mediante: ascendit ihesus in templum et docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit cum non didicerit. Respondit eis ihesus et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina utrum ex deo sit an ego a me ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est et iniusticia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem. Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere. Respondit turba et dixit. Demonium habes. Quis te querit interficere. Respondit ihesus et dixit eis. Unum opus feci et omnes miramini. Propterea moyses dedit nobis circumcisionem: non quia ex moyse est. sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non solvatur lex moysi: mihi indignamini quia totum hominem feci sanum in sabbato. Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex ierosolimis. Nonne hic est quem querunt interficere. Ecce palam loquitur et nichil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes quia hic est christus. Sed hunc scimus unde sit. christus autem cum venerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo ihesus docens in templo: et dicens. Et me

et si dixero quia nescio eum ero similis vobis mendax. Et scio eum

scitis. et unde sim scitis. et a
me ipso non ueni. sed est uerus
qui misit me. quem uos nes-
citis. Ego autem scio eum. quia
ab ipso sum. et ipse me misit.
Querebant ergo eum appre-
hendere. et nemo misit in illum
manus. quia nondum uene-
rat hora eius. De turba au-
tem multi credi-
derunt in eum.

Off. Expectans
expecta ui dominum et
respexit me et exau
diuit depreca tio nem
me am et immi sit
in os me um
canticum nouum ymnum
de o no stro Secr.

Hec hostia domine quesumus emun-
det nostra delicta. et ad
sacrificium celebrandum
subditorum tibi corpora mentesque
sanctificet. Per. Pref. Qui corporali
ieiunio.

Co. Leta bimur in
salutari tu o et in no
mine domini de i no
stri magnifica bi
mur. Postcom.

Hos domine
perceptio sacramenti mun-
det a crimine. et ad
celestia regna perducat. Per.

Miserere domine super populum
populo tuo. et continuis
tribulationibus laborantem
propitius respirare concede. Per.

Feria quarta officium.

Cum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de universis terris et effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris et dabo vobis spiritum novum.

℟ Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. Gloria. euouae.

Oremus. sine Dominus vobiscum. Flectamus genua. Oratio.

Deus qui et iustis premia meritorum et peccatoribus per ieiunium veniam prebes. miserere supplicibus tuis. ut reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per. Lectio Ezechielis prophete.

Hec dicit dominus deus. Sanctificabo nomen meum magnum. ut sciant gentes quia ego dominus. cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus. et congregabo vos de universis terris. et adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam. et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. et ab universis ydolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor novum.

& spm nouum ponam i me
dio vri. Et auferam cor lapi
deum de carne vra. et dabo
vobis cor carneum: et spm
meum ponam in medio vri.
Et faciam ut in preceptis me
is ambuletis: et iudicia me
a custodiatis et operemini.
Et habitabitis in terra quam
dedi patribz vris. et eritis m
in ppłm: et ego ero vobis
in deum. Dicit dns omps.

R. Venite filii audi
te me timorem domini doce
bo vos. V. Accedi
te ad e um
& illuminamini et facies
vestre non confundentur.

Dns vobiscum. Ore
mus. Flectamus. gen. oro.
Pra qs omps deus. ut
quos ieiunia votiua
castigant. ipsa quoqz deuo
tio scā letificet. ut terrenis
affectibz mitigatis. facili
celestia capiamus. P. Lco
Hec dicit dns ysaie pphe.
deus. Lauamini mu
di estote: auferte malum
cogitationum vrarum ab
oculis meis. Quiescite age
re peruerse: discite benefacere.
Querite iudicium. subue
nite oppresso. iudicate pu
pillo. defendite uiduam:
et uenite arguite me dicit
dns. Si fuerint peccata
vra ut coccinum: quasi nix
dealbabuntur. Et si fuerint
rubra quasi uermiculus:
uelut lana alba erunt. Si
uolueritis. et audieritis
me: bona terre
comedetis. Dicit
dns omps. R. Bea ta
gens cuius est do minus



In illo tempe: Scdm iohem
Preteriens ihc: uidit ho
minem cecum a natiuitate.
Et interrogauerunt eum
diſcipuli ſui. Rabbi quis
peccauit. hic aut parentes
eius ut cecus naſceretur:
Reſpondit ihc. Neqȝ hic pc-
cauit. neqȝ parentes eius:
ſed ut manifeſtentur opa
dei in illo. Me oportet ope
rari opa eius qui miſit me:
donec dies eſt: Venit nox:
qndo nemo poteſt opari.
Quamdiu in mundo ſum:
lux ſum mundi. Hec cum
dixiſſet: expuit in terram
et fecit lutum ex ſputo. et
liniuit lutū ſup oculos eius.
et dixit ei. Vade laua in na
tatoria ſyloe: quod inter
pretatur miſſus. Abyt
ergo et lauit: et uenit ui
dens. Itaqȝ uicini et qui ui
derant illum prius quia
mendicus erat: dicebant
Nonne hic eſt qui ſedebat
et mendicabat: Aly dicebāt
quia hic eſt: aly autem. ne
quaqm. ſȝ ſimilis eſt eius. Il

ix. le uero dicebat: quia ego sum.
Dicebant ergo ei. Quomodo
apti sunt tibi oculi? Respondit.
Ille homo qui dicitur ihesus.
lutum fecit et unxit oculos
meos: et dixit mihi. Vade ad
natatoriam siloe: et laua. Et
abii et laui: et uidi. Et dixe
runt ei. Ubi est ille? ait. Ne
scio. Adducunt eum ad phari
seos: qui cecus fuerat. Erat
autem sabbatum: quando lu
tum fecit ihesus. et aperuit oculos
eius. Iterum ergo interroga
bant eum pharisei: quomo
do uidisset. Ille autem dixit e
is. Lutum posuit mihi super ocu
los: et laui et uideo. Dicebant
ergo ex phariseis quidam. Non est
hic homo a deo: qui sabbatum
non custodit. Alii dicebant
Quomodo potest homo peccator
hec signa facere? Et scisma e
rat inter eos. Dicunt ergo
ceco iterum. Tu quid dicis
de eo qui aperuit oculos tuos?
Ille autem dixit: quia propheta
est. Non crediderunt ergo
iudei de illo. quia cecus fuis
set: donec uocauerunt paren
tes eius qui uiderat. Et in
terrogauerunt eos: dicentes.
Hic est filius uester quem uos
dicitis. quia cecus natus est?
Quomodo ergo nunc uidet? Res
ponderunt eis parentes eius:
et dixerunt. Scimus quia
hic est filius noster: et quia ce
cus natus est. Quomodo autem nunc
uideat nescimus: aut quis eius
aperuit oculos. nos nescimus.
Ipsum interrogate. Etatem ha
bet: ipse de se loquatur. Hec
dixerunt parentes eius:
quia timebant iudeos. Iam
enim conspirauerant iu
dei: ut si quis eum confite
retur xpm. extra synago
gam fieret. Propterea pa
rentes eius dixerunt: quia
etatem habet. ipsum interroga
te. Vocauerunt ergo rur
sum hominem qui fuerat ce
cus: et dixerunt ei. Da gloriam
deo. Nos scimus: quia hic
homo peccator est. Dixit er
go ille. Si peccator est: nes
cio. Unum scio: quia cecus
cum essem modo uideo. Dixe
runt ergo illi. Quid fecit

tibi? Quomodo aperuit tibi ocu
los? Respondit eis. Dixi
uobis iam: et audistis. Et
Quid iterum uultis au
dire? Numquid et uultis
uos discipuli eius fieri?
Maledixerunt ei: et dixe
runt. Tu discipulus eius
sis: nos autem moysi di
scipuli sumus. Nos scimus
quia moysi locutus est deus:
hunc autem nescimus un
de sit. Respondit ille homo:
et dixit eis. In hoc enim mi
rabile est: quia uos nesci
tis unde sit: et aperuit ocu
los meos. Scimus autem
quia peccatores deus non
audit. Sed si quis dei cultor
est: et uoluntatem eius
facit: hunc exaudit. A se
culo non est auditum: quia
aperuit quis oculos ceci nati.
Nisi esset hic a deo: non poterat
facere quicquam. Responderunt:
et dixerunt ei. In peccatis
natus es totus: et tu do
ces nos? Et eiecerunt eum
foras. Audiuit ihesus quia eiece
runt eum foras: et cum inuenisset
eum dixit ei. Tu credis in
filium dei? Respondit ille: et
dixit. Quis est domine: ut
credam in eum? Et dixit ei
ihesus. Et uidisti eum: et qui lo
quitur tecum ipse est. At ille
ait. Credo domine. Et procidens
adora
uit eum.



am et misericordiam su

am a me Alle

Supplices Secr.
te domine ro
gamus. ut hys sa luya
crificiis peccata nr̃a mun
dentur. quia tunc ueram no
bis tribues mentis et cor
pis sanitatem. P. pf. q ut
corpali.

Com. Lutum fecit ex sputo

dominus. et liniuit oculos

me os. et abii et laui et ui

di et credidi deo. Postcom.

Sacramenta que sūp
simus dñe deus nr̃. et
spiritalibz nos repleant a
limentis. et corpalibz tueā
tur auxiliis. P. Fr. iiii.

Pateant aures mise
ricordie tue dñe pre
cibz supplicantium. et ut
petentibz desiderata con
cedas. fac eos que tibi sūt
placita postulare. P. Fr. v.

Offin.

Letetur cor queren

tium dominum. quer

te dominum et confirma

mi ni querite faciem

eius semper. V. Confi

temini domino. et inuocate

nomen eius annuntiate int

gentes opa eius. Glā. euouae

Pr̄a q̄s omp̄s deus·
ut quos ieiunia uo
tiua caſtigant ipſa quoq;
deuotō ſancta letificet·
ut t̃renis affectibȝ miti
gatis· facilius celeſtia ca
piamus· P. Lc̄o libri regū·
In diebȝ illis· Venit mu
lier ſunamitis ad helyſeū
uirum dei· in montem car
meli· Cumq; uidiſſet eam
uir dei de contra· ait ad
giezi puerum ſuum· Ec
ce ſunamitis illa· Vade
ergo in occurſum eius· &
dic ei· Recte ne agitur cir
ca te· & circa uirum tuum·
& circa filium tuū· Que re
ſpondit· Recte· Cumq; ue
niſſet ad uirum dei in mō
tem· apprehendit pedes
eius· Et acceſſit giezi· ut
amoueret eam· Et ait ho
mo dei· Dimitte illam· a
nima enim eius in ama
ritudine eſt· et dn̄s cela
uit a me· & n̄ indicauit
m̄· Que dixit illi· Numqd
petiui filium a dn̄o meo·
Numqd non dixi tibi ne
illudas me· Et ille ait ad
giezi· Accinge lumbos tu
os· et tolle baculum me
um in manu tua et uade·
Si occurrerit tibi homo· n̄
ſalutes eū· Et ſi ſalutaue
rit te quiſpiam· n̄ reſpon
deas illi· Et pones baculū
meum· ſup faciem pueri·
Porro mater pueri ait· Vi
uit dn̄s et uiuit anima tu
a· nō dimittam te· Surrex
ergo· et ſecutus eſt eam·
Giezi autē preceſſerat eos·
et poſuerat baculū ſuper
faciem pueri· et nō erat uox
neq; ſenſus· Reuerſuſq; eſt
in occurſum eius· et nun
tiauit ei dicens· Non ſur
rexit puer· Ingreſſus eſt
g° helyſeus domum· & ecce
puer mortuus iacebat in
lectulo eius· Ingreſſuſq;
clauſit oſtium ſup ſe et ſu
p puerum· & orauit ad do
minū· Et aſcendit· et incu
buit ſup puerum· poſuit
q; os ſuum ſup os eius· et
oculos ſuos ſup oculos eī·
& manus ſuas ſup manus

eius. Et incurvavit se super eum:
et calefacta est caro pueri.
At ille reversus deambulavit
in domo semel huc atque illuc.
Et ascendit et incubuit super
puerum: et oscitavit puer
septies. aperuitque oculos.
At ille vocavit giezi: et di
xit ei. Voca sunamitem hanc.
Que vocata: ingressa est ad
eum. Qui ait. Tolle filium
tuum. Venit illa et corru
it ad pedes eius: et adora
vit super terram. Tulitque filium
suum: et egressa est. Et he
liseus: rever
sus est in gal
gala. R. Respice do
mine in testamentum
tu um et a ni
mas pauperum tuorum
ne oblivi sca

ris in fi nem. V.
Exurge domine
et iu
dica cau
sam tu am
memor e sto obprobrij
servo rum tuo

S. lucam.
In illo tempore.
Ibat ihesus rum.
in civitatem que vocatur
naim: et ibant cum illo di
scipuli eius. et turba copi
osa. Cum autem appropi
quaret porte civitatis:
ecce defunctus efferebatur

filius unicus matris sue. Et
hec uidua erat: et turba ci
uitatis multa cum illa. Quam
cum uidisset ihc: misedia
motus s(upe)r eam. dixit illi.
Noli flere. Et accessit. et te
tigit loculum. Hi autē qui
portabant: steterunt. Et
ait. Adolescens: tibi dico
surge. Et resedit qui erat
mortuus: et cepit loqui.
Et dedit illum matri sue.
Accepit autē om(n)s timor:
et magnificabant deum
dicentes. Quia p(ro)ph(et)a mag
nus surrexit in Off.
nobis: et q(ui)a d(eu)s ui
sitauit plebē suā. Ō Do

mi ne ad adiuuā

dum me festi na

confundan

tur o mnes qui

cogitant seruis tuis ma

P uri Sā
Pfica
nos miseri la.
tores deus. ut ecclie tue pre
ces que tibi grate sunt pia
munera deferentes. fiant
expiatis mentibz gratiore.
P(re)f. Qui corpali. Com.

Domine memorabor iu

sticie tue so li us. deus

docuisti me a iuuentute me

a et us q(ue) in senectam et

seni um de us ne dere lin

Celestia p(ost)com. dona capi
entibz q(ue)s d(omi)ne quas me
ad iudicium prouenire pa

Pietatis quod fidelibus tuis ad remedium providisti. Per. Secreta.

Populi tui deus populum institutor et rector peccata quibus inpugnatur expelle. ut semper tibi placitus. et tuo munimine sit securus. Per. Feria vi. offertorium.

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper domine adiutor meus et redemptor meus. V.

Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Gloria. Euouae.

Deus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis. presta quesumus. ut ecclesia tua et eternis proficiat institutis. et temporalibus non destituatur auxiliis. Per. Lectio libri regum.

In diebus illis: Egrotauit filius mulieris matris familias: et erat languor fortissimus. ita ut non remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyam. Quid michi et tibi uir dei? Ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates mee. et interficeres filium meum? Et ait ad eam helyas. Da michi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius: et portauit in cenaculum ubi ipse manebat. et posuit super lectum suum. et clamauit ad dominum et dixit. Domine deus meus. etiam ne uiduam apud quam ego utcumque sustentor afflixisti ut interficeres filium eius? Et expandit se. atque mensus est super puerum tribus uicibus: clamauitque ad dominum et ait. Domine deus meus reuertatur

pueri

oro anima huius in uisce
ra eius. Exaudiuit dominus
uocem helye: et reuersa est
anima pueri intra eum.
et reuixit. Tulitque helyas
puerum. et deposuit eum
de cenaculo in inferiorem do
mum: et tradidit matri
sue. et ait illi. En uiuit fili
tuus. Dixitque mulier ad he
lyam. Nunc in isto cognoui
quoniam uir dei es tu: et uerbum
domini in ore
tuo uerum est. R. Bonum est
confidere in do mino
quam confide re
in homine. V.
Bonum est
sperare in do
mino quam spera
re in princi pibus.

Illo secundum iohannem. Tract. Domine xxxix
tempore: Erat quidam L non secundum
dam languens lazarus
a bethania: de castello ma
rie et marthe sororum eius. Ma
ria autem erat que unxit
dominum unguento. et extersit
pedes eius capillis suis:
cuius frater lazarus infirma
batur. Miserunt ergo sorores
eius ad eum: dicentes. Do
mine. ecce quem amas infir
matur. Audiens autem ihesus:
dixit eis. Infirmitas hec non
est ad mortem. sed pro gloria dei ut glo
rificetur filius dei per eam. Diligebat
autem ihesus martham et soro
rem eius mariam et lazarum.
Ut ergo audiuit quia infirma
batur: tunc quidem mansit
in eodem loco duobus diebus. De
inde post hec dicit discipulis
suis. Eamus in iudeam iterum.
Dicunt ei discipuli. Rabbi.

nunc querebant te iudei la
pidare. et iterum uadis illuc.
Respondit ihc. Nonne duo
decim hore sunt diei. Si quis
ambulauerit in die n̄ offendit.
quia lucem huius mundi
uidet. Si autem ambulauerit
in nocte offendit: quia lux
n̄ est in eo. Hec ait: et post
hec dicit eis. Lazarus amicus
nr̄ dormit: sꝫ uado ut a som
no excitem eum. Dixerunt
ergo discipuli eius. Dn̄e si
dormit. saluus erit. Dixe
rat autē ihc de morte eius:
illi autē putauerunt quia
de dormitōne somni diceret.
Tunc ergo dixit eis ihc mani
feste. Lazarus mortuus est:
et gaudeo propter uos. ut cre
datis qm̄ non eram ibi. Sed
eamus ad eum. Dixit ergo
thomas qui dicitur didimus:
ad condiscipulos. Eamus
et nos: et moriamur cum
eo. Venit itaqꝫ ihc: et inue
nit eum quatuor dies iam
in monumēto habentē. Erat
autem bethania iuxta ihero
solimam: quasi stadiys qu

decim. Multi autem ex iu
deis uenerant ad martham
et mariam: ut consolarentur
eas de frē suo. Martha ergo
ut audiuit quia ihc uenit:
occurrit illi. Maria autem
domi sedebat. Dixit ergo
martha ad ihm. Dn̄e si fuis
ses hic: frāter meus n̄ fuissꝫ mor
tuus. Sꝫ et nunc scio: quia
quecumqꝫ poposceris a dō.
dabit tibi deus. Dicit illi ihc.
Resurget frāter tuus. Dicit ei
martha. Scio. quia resurget
in resurrectōne in nouissimo
die. Dicit ei ihc. Ego sum resur
rectio et uita. Qui credit in
me: etiam si mortuus fuerit
uiuet. Et omīs qui uiuit et
credit in me: n̄ morietur in
eternum. Credis hoc. Ait illi.
Vtiqꝫ dn̄e. Ego credidi. quia
tu es xp̄c filius dei: qui in
hunc mundū uenisti. Et cum
hec dixisset: abijt et uoca
uit mariam sororem suam
silentio dicens. Magister
adest: et uocat te. Illa ut
audiuit: surrexit cito et
uenit ad eum. Nundum

enim uenerat ihc in castellum:
sed erat adhuc in illo loco ubi
occurrerat ei martha· Iudei
igitur qui erant cum ea in do
mo· et consolabantur eam· cum
uidissent mariam· quia ci
to surrexit et exiit: secuti
sunt eam dicentes· quia ua
dit ad monumentum· ut plo
ret ibi· Maria ergo cum ue
nisset ubi erat ihc: uidens
eum cecidit ad pedes eius·
et dixit ei· Domine· si fuisses
hic: non esset mortuus frater me
us· Ihc ergo ut uidit eam plo
rantem· et iudeos qui uene
rant cum ea plorantes: fre
muit spiritu· et turbauit seip
sum et dixit: Ubi posuistis
eum? Dicunt ei· Domine· ueni
et uide· Et lacrimatus est
ihc· Dixerunt ergo iudei· Ecce
quo modo amabat eum·
Quidam autem ex ipsis: dix
erunt· Non poterat hic qui
aperuit oculos ceci nati· fa
cere ut et hic non moreretur?
Ihc ergo rursum fremens
in semetipso: uenit ad mo
numentum· Erat autem

spelunca: et lapis superpositus
erat ei· Ait ihc· Tollite lapi
dem· Dicit ei martha: soror
eius qui mortuus fuerat:
Domine iam fetet: quatriduanus
enim est· Dicit ei ihc·
Nonne dixi tibi· quoniam si cre
dideris uidebis gloriam dei? Tu
lerunt ergo lapidem· Ihesus
autem eleuatis sursum ocu
lis: dixit· Pater· gratias ago
tibi: quoniam audisti me· Ego au
tem sciebam quia semper me au
dis: sed propter populum qui circum
stat dixi· ut credant quia
tu me misisti· Hec cum dixis
set: uoce magna clamauit
Lazare: ueni foras· Et sta
tim prodiit qui fuerat mor
tuus· ligatus pedes et manus
institis: et facies illius suda
rio erat ligata· Dicit eis ihc·
Soluite eum: et sinite abire·
Multi ergo ex iudeis qui ue
nerant ad mariam et uide
rant que fecit: crediderunt
in eum· Off.



Populum humilem

saluum facies do mi
ne et o culos superbo
rum humilia bis
quoniam quis de us
preter te do

Munera sc̄
nos dn̄e
q̄s oblata pu mme.
rificent et te nobis iugit̄
faciant ee̅ placatum. P̄. pſ̄
Qui corpali. Com.

Videns dominus flentes
sorores lazari ad monumen
tum lacrimatus est coram
iudeis et clamabat lazare
ueni foras et prodiit liga
tis manibꝫ et pedibꝫ qui fue
rat quatriduanus mortu
us.

Hec nos p̄com
q̄s dn̄e p̄ti
cipatio sacram̄ti.
et a ꝓpriis reatibꝫ indesinē
ter expediat. et ab omnibꝫ
tueatur adūsis. P̄. Sr̄ ꝓplin

Da q̄s omp̄s deus. ut
qui infirmitatis no
stre conscii de tua uirtute
confidimus. sub tua sem
ꝑ pietate gaudeamus. P̄.

Sabbato officium

Sitientes uenite ad
a quas dicit dominus et



Fiat q(uesumu)s domine ·or(ati)o·
p(er) gr(ati)am tuam fruc
tuosus n(ost)re deuotionis
affectus· quia tunc nob(is)
proderunt suscepta ieiu
nia· si tue sunt placita pi
etati· P(er). ·lc(ti)o ysaie p(ro)phete·

Hec dicit d(omi)n(u)s: In
tempo(r)e placito exau
diui te. et in die salutis
auxiliatus sum tui· Et ser
uaui te· (et) dedi te in fedus
populi: ut suscitares ter
ram· (et) possideres heredita
tes dissipatas· ut diceres
his qui uincti sunt exite:
et his qui in tenebris reue
lamini· Sup(er) uias pascen(tur):
et in omnib(us) planis pascua
eor(um)· Non esurient neq(ue) sit
ient· et n(on) p(er)cutiet eos estus
et sol· quia miserator eor(um)
reget eos· et ad fontes aq(ua)r(um)
potabit eos· Et ponam o(mne)s
montes meos in uiam: et
semite mee exaltabuntur:
Ecce isti de longe uenient· (et)
ecce illi ab aquilone (et) ma
ri· et isti de terra australi·
Laudate celi· (et) exultet t(er)ra·
iubilate montes laudem:
quia consolatus (est) domin(us)
p(o)p(u)l(u)m suum· (et) pauper(um) suo
rum miserebitur· Et dixit
syon· Dereliquit me d(omi)n(u)s:
et d(omi)n(u)s oblitus est mei· Nu(m)
quid obliuisci potest mul(ier)
(infantem) infantem suum· ut no(n)
misereatur filio uteri sui:
Et si illa oblita fuit: ego ta
men n(on) obliuiscar tui· Dicit
dominus omnipotens· R.

Tibi domine
derelictus est
pau
per pupil lo tu e
ris adiutor. ℣. Vt
quid domine
re cessi sti
lon ge despicis in oportu
nita te bus in tribulatio
ne dum superbit
im pi us incendi
tur pau

Alleluia. Secundum iohannem. In illo tempore: Dice- ·viij·
bat ihesus turbis per- ·
iudeorum. Ego sum lux mun
di. Qui sequitur me: non
ambulat in tenebris. sed ha
bebit lumen uite. Dixerunt
ergo pharisei. Tu de te ipso testi
monium perhibes: testimo
nium tuum non est uerum.
Respondit ihesus: et dixit eis.
Et si ego testimonium perhi
beo de me ipso: uerum est te
stimonium meum. quia sci
o unde ueni et quo uado. V
os autem nescitis unde ue
nio: aut quo uado. Vos se
cundum carnem iudicatis:
ego non iudico quemquam. Et
si iudico ego. iudicium meum
uerum est: quia solus non sum.
sed ego et qui misit me pater.
Et in lege uestra scriptum
est: quia duorum hominum

testimonium uerum est.
Ego sum qui testimonium
perhibeo de me ipso: et testi
monium perhibet de me qui mi
sit me pater. Dicebant ergo
ei. Ubi est pater tuus? Res
pondit ihesus. Neque me scitis:
neque patrem meum. Si me sci
retis: forsitan et patrem me
um sciretis. Hec uerba lo
cutus est ihesus in gazophi
latio: docens in templo. Et
nemo apprehendit eum:
quia nondum uenerat ho
ra eius. Off.

F ac tus est do mi
nus firmamentum
me um et re fu gium
me um et libera
tor me us spera
bo in e

O bla sec
tionibus
quesumus domine um.
placare susceptis. et ad te
nostras etiam rebelles compel
le propitius uoluntates. Ps.
Qui con
fidunt in

com. Dominus re
git me et nichil michi
de e rit in loco pas
cu e ibi me col loca
uit super aquam refecti
onis educa uit me.
Tua nos domine quesumus postcommunio
sancta purificent. et o
peratione sua perficiant.

ce deuotos. P. Sr. populū.

Deus qui sꝑantibz in te misereri potius e‑ligis q̄m irasci. da nobis digne flere mala que feci‑mus. ut tue consolatio‑nis grām inuenire ualea‑mus. P dnm nrm ihm.

Dnica in passione dni offm

Iudica me de us et discer‑ne causam me am de gē‑te non sancta ab ho mine ini quo et dolo so eri‑pe me quia tu es de‑us me us et fortitu do me a. Ps. Emitte lucem tuam et ueritatem tuam ipsa me deduxerunt et ad‑duxerunt in montem scm sanctum tuum. et taberna‑cula tua. sine Glā. euouae.

qd obseruandum ē i oibz officiis usq ad pascha ni‑si in missis de scis. Oratio.


Quesumus omps deus. familiam tuam ꝓpitius res‑pice. ut te largiente rega‑tur in corpe. et te seruante custodiatur in mente. P.

Frs. ad hebreos.

Xps assistens pon‑tifex futuroꝝ bonoꝝ ꝑamplius et ꝑfectius tabnaculū n manufactum idest nō huius creationis. neq ꝑ

·c·
100 + 23 leaves

sanguinem hyrcorum aut
uitulorum· sed per proprium san
guinem introiuit semel
in sancta· eterna redemptione
inuenta· Si enim sanguis
hyrcorum aut taurorum et
cinis uitule aspsus inqui
natos sanctificat ad emunda
tionem carnis: quanto magis
sanguis xpi qui per spiritum sanctum
semetipsum obtulit immacu
latum deo· emundabit consci
entiam nostram ab operibus mor
tuis ad seruiendum deo ui
uenti: Et ideo noui testamen
ti mediator est: ut morte in
tercedente in redemptione
earum preuaricationum
que erant sub priori testa
mento· repromissionem
accipiant qui uocati sunt
eterne hereditatis·
In xpo ihu dno
nostro· R Eri pe





me. Tractus.
Sepe expug
nauerunt me a iuuentute
me a. ℣ Di
cat nunc israhel
sepe expugna uerũt
me a iuuentute me
a. ℣ Ete
nim non potue
runt michi sup

dorsum meum fabricaue
runt peccato
res. ℣ Prolonga ue
runt iniquitatẽ
sibi dominus iu
stus con ci det cer
ui ces peccato
rum. Secdm Johem.
In illo tempore: Dicebat ihc
turbis iudeorum: et principi
bus sacerdotum. Quis ex uo
bis arguet me de peccato?
Si ueritatem dico: quare nob
uos ñ creditis m? Qui est

ex deo: uerba dei audit. Pro
pterea uos n̄ auditis: quia
ex deo non estis. Responde
runt ergo iudei: et dixerunt ei.
Nonne benedicimus nos.
quia samaritanus es tu:
et demonium habes. Res
pondit ihc. Ego demonium
nō habeo: sed honorifico pa
trem meum et uos inhono
rastis me. Ego autē n̄ que
ro glām meam: est qui que
rat et iudicet. Amen amē
dico uobis: si quis sermo
nem meum seruauit: mor
tem n̄ uidebit in eternum. Di
xerunt ergo iudei. Nunc co
gnouimus: quia demoni
um habes. Abram mortu
us est et pphete: et tu dicis.
si quis sermonem meum
seruauit: mortē nō gusta
bit in eternum. Numquid
tu maior es prē nrō abra
ham qui mortuus est? Et
pphete mortui sunt. Quē te
ipm facis? Respondit ihc.
Si ego glorifico meipm:
glā mea nichil est. Est pat
meus qui glorificat me:

quem uos dicitis. quia de
us nr̄ est. et nō cognouistis
eum. Ego autē noui eum. Et
si dixero quia n̄ scio eum: e
ro similis uobis mendax.
Sz scio eum: et sermonem
eius seruo. Abraham pr̄
ur̄ exultauit ut uideret di
em meum: et uidit et gauisus
est. Dixerunt ergo iudei ad
eum. Quinquaginta annos
nondum habes. et abraham
uidisti? Dixit eis ihc. Amen
amen dico uob: antequam abra
ham fieret ego sum. Tulerunt
ergo lapides: ut iacerent in
eum. Ihc autē abscondit se:
et exiuit de templo. Off.



mones tu os uiuifi
ca me secundum uer
bum tuum domine. Sec.
Hec munera domine
q̄s et uincula nostre
prauitatis absoluant et
tue nobis misericordie dona cō
cilient. P. ps. Qui salu
tem. Com.
Hoc cor pus quod pro uo
bis tradetur hic calix no
ui testamenti est in me o
sanguine dicit dominus
hoc facite quotienscumque

sumitis in me am com
memorationem. Postcom.
Adesto nobis domine
deus nr̄. et quos tuis
mysteriis recreasti perpetuis
defende p̄sidiis. P. Feria secunda
Miserere Officium
michi domine quoniam
conculcauit me ho mo to
ta di e bel lans tribula
uit me. ps. Concul
cauerunt me inimici mei tota die
quoniam multi bellantes aduersum me.

Sanctifica qs domine
nr̄a ieiunia. et cuncta
rum nobis ꝓpitius indul
gentiam largire culparū.
Per d. **Lectio ione ꝓphe**
In diebꝫ illis: Factum est
uerbum dn̄i ad ionam pro
phetam scd̄o dicens. Surge
et uade in niniuem ciuita
tem magnam: et predica
in ea predicatōnem q̄m ego
loquor ad te. Et surrexit io
nas: et abiit in niniuen
iuxta u̇bum dn̄i. Et nini
ue erat ciuitas magna: iti
nere dierum trium. Et ce
pit ionas introire in ciui
tatem itinere diei unius:
et clamauit et dixit. Ad
huc quadraginta dies: et
niniue subuertetur. Et
crediderunt uiri niniuite
in dn̄o: et predicauerunt
ieiunium. et uestiti sunt sa
ccis a maiore usqꝫ ad mino
rem. Et peruenit u̇bū ad re
gem niniue: et surrexit de
solio suo. et abiecit uestim
tum suum a se. et indutus
ē sacco. et sedit in cinere. et

clamauit. et dixit in niniue
ex ore regis. et principum
eius dicens. Homines et
iumenta et boues et pecora.
n̄ gustent quicq̄m nec pa
scantur: et aq̄m n̄ bibant.
Et operiantur saccis homines
et iumēta: et clament ad de
um in fortitudine. Et cōu̇
tatur uir a uia sua mala:
et ab iniquitate que est in
manibꝫ eorꝫ. Quis scit si cō
uertatur: et ignoscat deus
et reuertatur a furore ire sue
et n̄ peribimus. Et uidit dēs
opa eorꝫ quia conuersi sūt
de uia sua mala. Et miser
est ꝑplō suo: dn̄s ds̄ nr̄. R̄.



De
us in nomine tu o
sal uum
me fac et in uirtute
tu a iudica
me.

In illo tempore. Secundum Iohannem.

Miserunt Dñe ñ sed principes et pharisei mini
stros: ut apprehenderent
ihm. Dixit ergo eis ihc. Ad
huc modicum tempus uo
biscum sum: et uado ad eũ
qui misit me. Queretis me.
et ñ inuenietis: et ubi sũ
ego uos ñ potestis uenire.
Dixerunt ergo iudei ad se
met ipsos. Quo hic iturus
est: quia ñ inueniemus e
um? Numquid in disper
sionem gentium iturus
est: et docturus gentes?
Quis est hic sermo quẽ di
xit: queretis me et ñ inue
nietis. et ubi sum ego. uos
ñ potestis uenire? In no
uissimo autẽ die magno
festiuitatis: stabat ihesus
et clamabat dicens. Si q̃s
sitit: ueniat ad me. et bi
bat. Qui credit in me: sic
dicit scriptura. flumina de
uentre eius fluent aque
uiue. Hoc autem dixit de
spiritu quem accepturi e
rant: cre
dentes in
eũ. Off. Domine conuer
tere: eripe animam meã
saluum me fac propter
misericordiam tuam. Secr.

Concede nobis dñe deus
nr̄. ut hec hostia salu
taris et nr̄orum fiat pur
gatio delictorum. et tue p
pitiatio maiestatis. P. ps.
Qui salutem. com
Dominus uirtutum
ipse est rex glo
ria. ps. Sacra
menti tui qs dñe participatio
salutaris. et purificatio
nem nobis prebeat et me
delam. P. super populum.
Da qs dñe pplo tuo sa
lutem mentis et cor
pis. ut bonis opibȝ inhe
rendo. tua semp mereatur
protectione defendi. P. tra. iij. offin
Expecta dominum
uiriliter age et confor
tetur cor tu um et su
stine domi num. ℟. Do
minus illuminatio mea
et salus mea quem timebo.
Nostra tibi qs dñe or.
sint accepta ieiunia.
que nos et expiando gra
tia dignos efficiant. et ad
remedia pducant etna. P.
Fr. diebȝ ill. lco danielis pphe
Congregati sunt baby
lonii ad regem: et dixerunt
ei. Trade nobis danielem:
qui bel destruxit et draconē
interfecit. Alioquin inter
ficiemus te et domum tuā.
Vidit ergo rex quod irruerent in
eum uehementer: et necessita
te compulsus. tradidit eis
danielem. Qui miserunt
eum in lacum leonum: et
erat ibi sex diebȝ. Porro in la

cu erant leones septem. et
dabant eis cotidie duo corpora
et due oves. et tunc non data
sunt eis. ut devorarent da
nielem. Erat autem abacuc
propheta in iudea. et ipse coxerat
pulmentum. et intriverat pa
nes in alveolo. et ibat in cam
pum. ut ferret messoribus.
Dixitque angelus domini ad a
bacuc. Fer prandium quod ha
bes in babilonem danieli qui
est in lacu leonum. Et dixit
abacuc. Domine babilonem non
vidi. et lacum nescio. Et ap
prehendit eum angelus domini in
vertice eius. et portavit eum
capillo capitis sui. posuitque
eum in babilone super lacum
impetu spiritus sui. Et clamavit
abacuc dicens. Daniel serve
dei. tolle prandium quod mi
sit tibi deus. Et ait daniel.
Recordatus es enim mei do
mine deus meus. et non dere
liquisti diligentes te. Sur
gensque daniel comedit. Por
ro angelus domini restituit aba
cuc confestim in locum suum.
Venit ergo rex die septima

ut lugeret danielem. Et ve
nit ad lacum. et introspexit
et ecce daniel sedens in me
dio leonum. Et exclamavit
rex voce magna dicens. Mag
nus es domine deus danielis.
Et extraxit eum de lacu. Por
ro illos qui perditionis eius
causa fuerant intromisit.
et devorati sunt in momento
coram eo. Tunc rex ait. Pa
veant habitantes in univer
sa terra deum danielis. quia
ipse est liberator et salvator.
faciens signa et mirabilia
in celo et in terra.
V. Liberavit danielem
de lacu leonum. R. Discer



ne causam meam do
mine ab homine ini
quo et doloso eripe me.
R. Emitte lucem tu

am et ueritа
tem tu am ip
sa me dedu xe
runt· ⁊ ad duxerunt in
montem sanctum tu


Secundum iohannem
In illo tempore: Am bulabat ihc in galyleam: nō enī uolebat in iudeam ambulare· quia querebant eum iudei interficere· Erat autem ī proximo dies festus iudeorum: scenophegia· Dixerunt autē ad eum frēs eius· Transi hinc et uade in iudeam: ut et discipuli tui uideant opera tua que facis· Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipse in palam eē.

[chant:] unt·

Si hec facis: manifesta te ipsum mundo· Neqꝫ enī frēs eius credebant in eum· Dicit ergo eis ihc· Tempus meū nondum aduenit: tempus autem urm semper est paratū. Non potest mundus odisse uos· Me autem odit: quia ego testimonium phibeo de illo· quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autē non ascendam ad diem festum istum· quia tempus meū nondū impletum est· Hec cū dixisset: ipse mansit in galylea. Vt autē ascenderunt frēs eius: tunc et ipse ascendit ad diem festum nō manifeste sꝫ quasi in occulto· Iudei ergo querebant eum in die festo: et dicebant· Vbi ē ille· Et murmur multus de eo erat in turba· Quidam enī dicebant· quia bonus est: alii autē dicebant· non· sed seducit turbas· Nemo tamē palam loquebatur de illo: ppter metum iudeorum· Off. Spe rent

in te omnes qui nouerunt
nomen tu um domi
ne quoniam non derelin
quis querentes te psal
lite domi no qui ha bi
tat in sy on quoniam
non est obli tus oratio
nem pauperum. Secr.
Hostias tibi domine de
ferimus immolandas.
que temporali consolatione nos
sic letificent. ut promissa cer
tius speremus eterna. Per. Prefat.
Qui salutem. Com.


Redime me de us is
rahel ex om nibus
angu stiis me is.
Da q̃s omps deus. Post.
ut que diuina sunt
iugiter exequentes. donis
mereamur celestibus propin
quare. Per. Sup populum.
Da nobis q̃s domine
perseuerantem in tua uo
luntate famulatum. ut in
diebus nostris et merito et nu
mero populus tibi seruiens au
geatur. Per.
Feria quarta Offm.
Liberator me us
de gentibus iracundis ab
insurgentibus in me



exaltabis me a uiro ini



quo eripies me do



mine. ℣. Diligam te dn̄e uir



tus mea dominus firmam̄



tum meū ⁊ refugium meū.

Sanctificato hoc oro.

Ieiunio deus. tuorū
corda fidelium miserator
illustra. et qb3 deuotōnis
prestas affectum. prebe
supplicantib3 pium benig
nus auditum. P. Lc̄o libri
In dieb3 illis. Leuitici.
Locutus est dominus ad mo
ysen dicens. Ego dominus
deus ur̄. Non facietis fur
tum. Non mentiemini: n̄
decipiet unusquisq3 proxi
mum suum. Non piurabis
in nomine meo: nec pollu
es nomen dei tui. Ego dn̄s.
Non facies calumniam
proximo tuo: nec ui oppⁱmes
eum. Non morabitur opus
mercenarii tui apud te: usq3
mane. Non maledices sur
do. nec coram ceco pones of
fendiculum: sed timebis do
minū deum tuū. quia ego
sum dn̄s. Non facies qđ i
niquū est: nec iniuste iudica
bis. Non consideres psonā
pauperis: nec honores uultū
potentis. Iuste iudica pro
ximo tuo. Non eris crimina
tor: nec susurro in populis.
Non stabis contra sangui
nem proximi tui. Ego dn̄s.
Non oderis frēm tuum in
corde tuo: s3 puplice argue
eum. ne habeas sup illo pec
catum. Non queres ultio
nem: nec memor eris iniu
rie ciuium tuor3. Diliges
amicum tuū: sicut te ipm̄.
Ego dn̄s. Leges meas cus
todite. Ego enī sum dn̄s ds
ur̄.



R. Exalta bo te do

nunc quo niam

suscepisti me

nec de lecta

sti inimicos me

os super me.

V. Domine de us

me us

clama ui ad te et sana

sti me

do mi ne

abstraxi sti ab

infe ris animam

me am salua sti me

a

descenden ti bus

in la cum. Ps. Dñe xxxv

In illo Scdm iohem / In illo tempore. Facta sunt encenia in ierosolimis: et hyems erat. Et ambulabat ihc in templo in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei: et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es xpc: dic nobis palam. Respondit eis ihc. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio

in nomine patris mei: hec testi
monium perhibent de me. Sed
uos non creditis: quia non estis
ex ouibus meis. Oues mee
uocem meam audiunt: et
ego cognosco eas et sequun
tur me. Et ego uitam eternam
do eis: et non peribunt in eter
num. et non rapiet eas quis
quam de manu mea. Pater
meus quod dedit michi ma
ius omnibus est: et nemo po
test rapere de manu patris
mei. Ego et pater unum
sumus. Sustulerunt la
pides iudei: ut lapidarent
eum. Respondit eis ihesus.
Multa bona opera ostendi
uobis: ex patre meo. Propter
quod eorum opus me lapi
datis? Responderunt ei iu
dei. De bono opere non lapidamus
te. sed de blasphemia: et quia
tu homo cum sis. facis te
ipsum deum. Respondit eis
ihesus. Nonne scriptum est in le
ge uestra. quia ego dixi dii es
tis? Si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est:
et non potest solui scriptura.

quem pater sanctificauit et mi
sit in mundum: uos dicitis
quia blasphemas. quia di
xi filius dei sum. Si non fa
cio opera patris mei: nolite cre
dere michi. Si autem facio: et
si michi non uultis credere. ope
ribus credite: ut cognosca
tis et credatis. quia in me
est pater. et ego in patre. Of.



Sec.

Annue misericors deus:
ut hostias placationis

et laudis sincero tibi defe-
ramus obsequio. p. pref.
Qui salutem. Com.
Lavabo inter innocentes
manus me- as et circu- i-
bo alta- re tu- um
domine ut audiam vocem
laudis tu- e et enarrem
universa mirabilia tu-
Celestis pco.
donis bene-
dictione percepta. a.
supplices te deus omnips dep-
camur: ut hoc idem nobis
et sacramenti causa sit et sa-
lutis. p. sup populum.
Adesto supplicationibus
nostris omnips deus. et q-
bus fiduciam sperande pieta-
tis indulges. consuete mi-
sericordie tribue benignus effec-
tum. p. fra. V.
Omnia que feci- offin
sti nobis domi- ne in ve-
ro iudicio fe- ci- sti quia
peccavimus ti- bi et man-
datis tuis non obedivi-
mus sed da gloriam no-
mini tu- o et fac nobiscum
secundum multitudinem
misericor- di- e tu- e. R.



Beati immaculati in via qui



ambulant in lege domini. ō.

Presta q̄s omp̄s d̄s. ut
dignitas condicōnis
humane p̱ immoderantiā
sauciata. medicinalis par
simonie studio reformet̄. p̱.
Ad diebꝫ all̄: lcō daniel' ꝓphe.
Orauit daniel dicens. Do
mine deus ne despicias po
pulum tuū. neqꝫ auferas
misc̄diam tuam a nobis.
ꝓpter abraham dilectum
tuum et isrl' sc̄m tuum: q
bus locutus es. pollicens
q̄d multiplicares semen e
oꝝ sicut stellas celi. ⁊ sic̄
harenam que est in littore
maris. Quia dn̄e imminu
ti sumus plusq̄ om̄s gen
tes. sumusq̄ humiles in
uniu̇sa terra hodie: ꝓpter
peccata nr̄a. Et non est in
tempꝛe hoc princeps et ꝓphā
et dux. neqꝫ holocaustum.
neqꝫ sacrificium. neqꝫ obla
tio. neqꝫ incensum. neqꝫ lo
cus primitiarum coram te
ut possimus inuenire mi
sericordiam: sꝫ in anima c̄
trita et sp̄u humilitatis
suscipiamur. Sicut in holo
caustum arietum et tauro
rum ⁊ sicut in milibꝫ agno
rum pinguium. sic fiat sa
crificium nr̄m in conspectu
tuo hodie. ut placeat tibi:
q̄m non est confusio confi
dentibꝫ in te. Et nūc sequi
mur in toto corde et timem̄
te: et querimus faciem tuā.
Ne confundas nos: sꝫ fac
nobiscum iuxta māsuetudi
nē tuā et sc̄d'm multitudi
nem misc̄die tue. Et erue
nos in mirabilibꝫ tuis. et
da gl̄am nomini tuo domi
ne: et confundantur om̄s
qui ostendunt seruis tuis
mala. Confundant̄ in omi
potentia: et robur eoꝝ con
teratur. Et sciant quia tu
es dn̄s deus solus: et gl̄osus
sup̱ orbem ter
rarū: dn̄e d̄s
nr̄. ℟. Tollite ho



et ysaach s̄uum tuum.



In illo scdm lucã.
tempore. Rogabat



ihm quidam pha
riseus: ut manducaret cũ
illo. Et ingressus domum
pharisei: discubuit. Et ecce
mulier que erat in ciuita
te peccatrix. ut cognouit
qd accubuisset i domo pha
risei: attulit alabastrum
unguenti. et stans retro
secus pedes eius. lacrimis
cepit rigare pedes eius. et
capillis capitis sui tergebat.
Et osculabatur pedes eius:
et unguento ungebat. Vi
dens autem phariseus qui
uocauerat eum: ait intra se
dicens. Hic si eet ppha: sciret
utique que et qualis est mulier
que tangit eum. quia pecca
trix est. Et respondens ihc:
dixit ad illum. Symon. ha
beo tibi aliquid dicere. At
ille ait. Magister dic. Duo
debitores erant cuidam fe
neratori. Unus debebat de
narios quingentos: et a
lius quinquaginta. Non ha
bentibz illis unde redderet:
donauit utrisqz. Quis g
eum plus diligit? Respon
dens symon: dixit. Estimo.
quia is cui plus donauit.
At ille dixit ei. Recte iudi
casti. Et conuersus ad mu

lierem: dixit symoni. Vides
hanc mulierem? Intraui i
domum tuam: aquam pedibz
meis nō dedisti. Hec autē la
crimis rigauit pedes meos:
et capillis suis tersit. Oscu
lum michi non dedisti: hec
autē ex quo intrauit: nō
cessauit osculari pedes me
os. Oleo caput meū non
unxisti: hec autem ung
uento unxit pedes meos.
Propter qḋ dico tibi. Re
mittuntur ei peccata mul
ta: quoniam dilexit multum.
Cui autē minus dimittit͛:
minus diligit. Dixit autē
ad illam. Remittunt͛ tibi
peccata. Et ceperunt qui
simul accumbebant: dice
re intra se. Quis est hic q̄
etiam peccata dimittit? Di
xit autem ad mulierem.
Fides tua te saluam fecit:
uade ī
pace.

Off. Super flumina
ba bi lo
nis illic se di mus et
fleuimus dum re
cordare mur tu i sy
on.

Sec. Dn̄e deus nr̄ qui in
his potius creaturis
quas ad fragilitatis nr̄e
subsidium condidisti: tuo
quoqȝ nomini munera iu
sisti dicanda constitui: tri
bue q̄s: ut et uite nobis
presentis auxilium: et eter
nitatis efficiant sacramentum.
P. Pf. Qui
salutem.

Com. Memento
uerbi tui seruo tuo domi
ne in quo michi spem de

dixit hec me consolata
est in humilitate me a.
Ps.
Quod ore sumpsimus
vel Ante lu- va-
simus dñe mente capiamus
et de munere temporali fiat
nobis remedium sempiternum.
Esto dñe qs sup ppl'm P.
Propitius plebi tue ut
que tibi non placent res-
puens: tuorum potius reple-
atur delectationibus manda-
torum. P. Feria vi. offin.
Miserere michi domi-
ne quoni- am tri- bulor
li be ra me et eripe me de
manibus inimicorum me-
o- rum et a persequentibus
me inimicorum me- orum
et a persequentibus me
domine non confundar
quoni- am invoca- vi
te. Ps. In te dñe speravi non con-
fundar in eternum in iusticia tua
libera me. Oratio
Cordibus
nris qs do- tua libera me.
mine auxilium gratie tue be-
nignus infunde ut pecca-
ta nostra castigatione volun-
taria cohibentes temporali-
ter potius maceremur quam
suppliciis deputemur eternis. P.

In dieb3 ill': Lcō ihēmie pphē
Dixit iheremias. Dñe oēs
qui te derelinquunt con
fundentur: recedentes a te
in terra scribentur. qm̄ dere
liquerunt uenam aq̄z
uiuentiū dn̄m. Sana me
dñe et sanabor. saluum
me fac et saluus ero: qm̄
laus mea tu es. Ecce ipi di
cunt ad me. Ubi est u͞bū
domini? ueniat. Et ego
n̄ sum turbatus te pasto
rem sequens: et diem ho
minis n̄ desideraui. tu scis.
Quod egressum est de la
biis meis: rectum in con
spectu tuo fuit. Non sis
michi tu formidini: spes
mea tu in die afflictionis.
Confundantur qui me
psequuntur et n̄ confun
dar ego: paueant illi. et
n̄ paueam ego. Induc sup
eos diem afflictionis: et
duplici contritōne conte
re eos. dñe deus nr̄. R̄.

Paci fice loquebantur
mi chi mimi ci
me i et in
ira mole
sti erant michi. V̄.
Vidisti domine
de us me
us ne si le as
ne disce das a me. Eū.

A Scdm Iohēm. Dñe n̄ scdm
illo tempe. Collegerunt
pontifices et pharisei cō
cilium: et dicebant. Quid
facimus? Quia hic homo
multa signa facit. Si di

adversus ihum

mittimus eum sic: omnes
credent in eum. Et uenient
romani: et tollent nostrum
locum et gentem. Unus
autem ex ipsis cayphas no
mine cum esset pontifex an
ni illius: dixit eis. Vos ne
scitis quicquam nec cogitatis:
quia expedit nobis ut u
nus moriatur homo pro populo.
et non tota gens pereat. Hoc au
tem a semetipso non dixit: sed
cum esset pontifex anni illi
us prophetauit quia ihesus moriturus
erat pro gente. Et non tantum
pro gente: sed ut filios dei qui
erant dispersi congregaret
in unum. Ab illo ergo die: co
gitauerunt ut interficerent
eum. Ihesus ergo iam non in palam
ambulabat apud iudeos:
sed abiit in regionem iuxta
desertum in ciuitatem que dicitur
effrem. Et ibi morabatur cum
discipulis
suis.

Off. Benedictus es
domi ne doce me iusti fica
tio nes tu as
et non tradas calumpni
antibus me su per bis
et respondebo exprobran
tibus mi chi uer
bum.

Secr. Presta nobis misericors
deus ut digne tuis
seruire semper altaribus merea
mur et eorum perpetua partici
patione saluari. Ps. q visa
lutem A

Com. Ne tradideris me
domine in animas persequen
tium me qui a insur

.c.x.



rexerunt in me testes



iniqui et mentita est in



Sump pco
ti sacri-
ficij dñe ppe- iquitas sibi.
tua nos tuto non derelin
quat. et noxia semp a no
bis cuncta depellat. p. Sup
Concede qs omps ppl'm
deus. ut qui protecti
onis tue grãm querimus.
liberati a malis omībz se
cura tibi mente seruiam.
.c.viij. Miserere in Sabbo offm. P.
dñe qm tribulor libera
me et eripe me de manibz in
imicoꝝ meoꝝ. et a psequentibz
me dñe non confundar. qm in
uocaui te. ℣. In te dñe spaui
non confundar ietnū i iustici
Profici orõ a tua libã me.
ciat qs dñe plebs
tibi dicata pie deuotionis
affectu. ut sacris actio
nibz erudita. qnto maie
stati tue fit gratior. tanto

donis potioribz augeatur.
In diebz lco ihieremie pphe. I
llis: Dixerunt impij in
dei aduiuicem. Venite cogi
temus contra iustum cogi
tationes. Non enĩ pibit lex
a sacerdote: neqz consilium
a sapiente. nec sermo a pphã.
Venite pcutiamus eũ lin
gua: et ñ attendamus ad
uniusos sermones eius.
Attende domine ad me: et .c.ix.
audi uoces aduersariorum
meoꝝ. Numquid redditur
pro bono malum. Quia fo
derunt foueam anime me .xiij.
e. Recordare qd' steterim
in conspectu tuo. ut loque
rer pro eis bonum: et auer
terem indignatõnem tuã
ab eis. Proptera da filios eo
rum i famem: et deduc eo
in manus gladij. Fiant
uxores eoꝝ absqz liberis et
uidue: et uiri earum inter
ficiantur morte. Iuuenes
eoꝝ confodiant gladio in
prelio: audiatur clamor de
domibz eoꝝ. Adduces enĩ
sup eos latronem repente.

quia foderunt foveam ut
caperent me. et laqueos
absconderunt pedibus me-
is. Tu autem domine scis
omne consilium eorum ad-
versum me in mortem. Ne
propicieris iniquitati eorum:
et peccatum eorum a facie tu-
a non deleatur. Fiant corru-
entes in conspectu tuo. in
tempore furoris tui. domi-
cix. ne deus meus. ℟. Pacifice
loquebantur michi inimici mei. et in
ira molesti erant michi. ℣. Vidisti
domine deus meus. ne sileas. ne discedas.
cix. In illo tempore: Secundum Iohannem. In illo tempore.
Sublevatis ihesus oculis in
celum: dixit. Pater venit
hora: clarifica filium tuum.
ut filius tuus clarificet te.
Sicut dedisti ei potestatem
omnis carnis: ut omne quod de-
disti ei. det eis vitam eternam.
Hec est autem vita eterna: ut
cognoscant te solum verum
deum. et quem misisti ihesum
christum. Ego te clarificavi super
terram: opus consummavi
quod dedisti michi. ut faciam. Et
nunc clarifica me tu pater
apud temetipsum: claritate
quam habui priusquam mundus
esset apud te. Manifestavi no-
men tuum hominibus: quos
dedisti michi de mundo. Tui
erant et michi eos dedisti: et ser-
monem tuum servaverunt.
Nunc cognoverunt quia
omnia que dedisti michi abs te sunt:
quia verba que dedisti michi. de-
di eis. Et ipsi acceperunt et
cognoverunt vere quia a
te exivi: et crediderunt.
quia tu me misisti. Ego pro
eis rogo. non pro mundo rogo:
sed pro his quos dedisti michi quia tui
sunt. Et mea omnia tua sunt. et tua
mea sunt: et clarificatus
sum in eis. Et iam non sum
in mundo: et hi in mundo
sunt. et ego ad te venio.
Off. Benedictus es domine doce me · cix ·
iustificationes tuas et non tradas
calumniantibus me superbis et res-
pondebo exprobrantibus michi verbum.
Ab cunctis nos Secreta. Sub.
domine quesumus reatibus
et periculis propiciatus ab-
solve. quos tanti mysterii
tribuus esse participes. Per. Post.

Qui salutem· co Ne tra
dideris me dñe in aīas psequ
tium me· quia insurrexerūt
in me testes iniqui ⁊ mentita
ē iniquitas sibi· postcomū

Diuini satiati muneris
largitate q̄s dñe d̄s
nr̄· ut huius semp partici
patōne uiuamus· p̄· sup
Tueatur q̄s dñe ppl̄m

dextera tua ppl̄m tu
um deprecantem· et puri
ficatum dignanter eru
diat· ut cōsolatōne p̄senti
ad futura bona pficiat· p̄·

Dñc i ramis palmarū offin·

Domine
ne longe faci as auxili
um tuum a me ad defen
sionem meam aspice
libera me de o re le
onis et a corni bus uni
corni um humilitatem
me am· V̄ Deus deus
meus respice in me quare
me dereliquisti·

oro
Omnipotens sempiterne
deus qui humano generi
ad imitandum humilita
tis exemplum saluatorē
nr̄m carnē sumere· et cru
cem subire fecisti· concede
ppitius· ut et patientie
ipsius habere documta· et
resurrectionis consortia
mereamur· p̄· eundē· ad p̄

Fr̄s: Hoc sentite in uobis: qd̄ lippenses
et in xp̄o ih̄u· Qui cum in
forma dei eēt· non rapinā
arbitratus ē esse se eq̄lem
deo: s; semet ipm exinani

uit formam serui accipiens: in similitudinem hominū factus. et habitu inuentus ut homo. Humiliauit se metipsm̄ factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum. et donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium. et terrestrium. et infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus ihesus christus in gloria est dei patris. R.

Tenui isti ma mun dexteram me am in uo luntate tu a de duxi sti me et cum glori a as sumpsisti me.

V. Quam bo nus israhel de us re ctis cor de mei autem pe ne mo ti sunt pe des pene effu si sunt gressus mei quia zelaui in pec

cato ribz

pa trem peccato

rum ui tens. ps.

Deus de-

us meus respice in me

quare me dereliqui

sti. ℟ Lon-

ge a salute me a

uerba delictorum

meo rum. ℟

De us me us clama

bo p diem nec exaudi

es et nocte et no

ad insipienti am michi.

℟ Tu au tem

in sancto habitas

laus israhel. ℟

In te sperauerunt

patres nostri spera

ue runt et liberasti

eos. ℟ Ad te clamaue
runt et salui facti
sunt in te sperauε
runt et non sunt con
fu si. ℣ Ego au
tem sum
uermis et non ho
mo obprobrium
ho minum et abiectio
ple bis. ℟ Omnes qui

uide bant me asp
nabant ut me
locuti sunt la bi is
et mouerunt caput. ℣
Sperauit in domi no
eripi at e um sal
uum faciat e um
quo niam uult e um. ℟
Ipsi uero considerauerunt
et conspexerunt me

diuiserunt si vi
uestimenta me a et
super uestem me am
mi serunt sortem·
R. Libera me
de o re le o
nis et a corni
bus unicorni um
humilita tem me am. R.
Qui timetis domi

num laudate e um
uniuersum semen ia
cob magnificate e um.
R. Annuntiabitur domi
no generatio uentu
ra et annuntia
bunt celi iusti ci
am e ius. R.
Populo qui nascetur
quem fe cit do mi



nus. ad paſſionem non
dicatur. Dñs vobiscum. nec
Glā tibi dñe nec ſignet ſe.
Paſſio dñi nr̄i ihū xp̄i. ſe
In illo tempe. cundū mathm.
Dixit ihc d. s. Scitis q͡
poſt biduum paſcha fiet
et filius hominis tradet
ut crucifigatur. Tunc ꝯ
gregati ſunt principes ſa
cerdotum et ſeniores ppli
in atrium principis ſacer
dotum qui dicebatur cay
phas. et conſilium fece
runt ut ihm dolo tenerēt
et occiderent. Dicebant au
tem. Non in die feſto. Ne
forte tumultus fieret in
populo. Cum autem eēt
pastor eterne non deseras
sed per beatos apostolos tu
os continua protectione
custodias. ut hisdem recto
ribus gubernetur quos ope
ris tui uicarios eisdem contu
listi preesse pastores. Et
ideo cum. Cantus sollempnis.
Per omnia secula se
culorum. Amen. Dominus uo

biscum. Et cum spiritu
tuo. Sursum corda. Ha
bemus ad dominum. Gratias
agamus domino deo nostro.
Dignum et iustum est.
Uere dignum et iu
stum est equum et salu
tare. Nos tibi semper et
ubique gratias agere domine
sancte pater omnipotens

eterne deus per xp̄m domi
num nostrum· Per quē
maiestatem tuam laudāt
angeli· adorant domina
tiōnes tremunt potesta
tes· Celi celorumq3 uir
tutes ac beata seraphin
socia exultatione conce
lebrant· Cum quibz
et nostras uoces ut ad

mitti iubeas deprecamur
supplici confessione dicē
tes· Sanctus Sanctus
Sanctus dominus de
us sabaoth· Pleni sūt
celi et terra gloria tua· o
sanna in excelsis· Bene
dictus qui uenit ī nomi
ne domini· osanna in ex
celsis·



Te igitur clementissime pater per ihm
xpm filium tuum dominu
nrm supplices rogamus
ac petimus. uti accepta
habeas et benedicas. Hec
dona. Hec munera. Hec
sancta sacrificia illibata.
In primis que tibi offe
rimus pro ecclesia tua sca
catholica. qm pacificare.
custodire. adunare. et rege
re digneris toto orbe terra
rum. una cum famulo tuo
o papa nro. et antistite no
stro. et rege nro. et omnibus
orthodoxis. atque catholice
et aplice fidei cultoribus.
Memento domine
famulorum famu
larumque suarum N. et omnium
circumastantium. quorum
tibi fides cognita est. et no
ta deuotio. pro quibus tibi
offerimus. uel qui tibi of-
ferunt hoc sacrificium lau
dis. pro se suisque omnibus.
pro redemptione animarum
suarum. pro spe salutis et
incolumitatis sue. tibique
reddunt uota sua. eterno
deo uiuo et uero.
Communicantes et
memoriam uenera
tes. In primis glose semper
uirginis Marie genitri
cis dei et domini nri ihu xpi.
Sed et beatorum aplorum ac
martirum tuorum. Petri. Pauli.
Andree. Iacobi. Iohis. Thome. Iacobi.
Philippi. Bartholomei.
Mathei. Symonis. et
Thadei. Lini. Cleti. Cle
mentis. Syxti. Corne
lij. Cypriani. Lauren
tij. Crisogoni. Iohan
nis et Pauli. Cosme
et Damiani. Et omni
um scorum tuorum quo
rum meritis precibusque co
cedas. ut in omnibus protec
tionis tue muniamur au
xilio. Per eundem xpm do
minum nrm. Amen.
Hanc igitur oblatio-

ora pro dno karolo rege
sicilie et dna m. ux. eius
corque lib[illegible] [illegible]

nem seruitutis nostre. sed et
cuncte familie tue quesumus domine
ut placatus accipias.
diesque nostros in tua pa
ce disponas. atque ab eter
na damnatione nos eri
pi. et in electorum tuorum
iubeas grege numerari.
Per christum dominum nostrum amen.

Quam oblationem
tu deus in omnibus
quesumus benedictam
ascriptam. ratam. ratio
nabilem. acceptabilem
que facere digneris. ut no
bis corpus. et sanguis fi
at dilectissimi filii tui do
mini nostri ihesu christi.

Qui pridie quam pateret
ur accepit panem
in sanctas ac uenerabi
les manus suas. et ele
uatis oculis in celum ad
te deum patrem suum omni
potentem tibi gratias agens.
Benedixit. fregit. dedit
discipulis suis dicens.
Accipite et manduca
te ex hoc omnes. Hoc est
enim corpus meum.

Simili modo postea quam
cenatum est. accipi
ens et hunc preclarum ca
licem in sanctas ac uenerabi
les manus suas. item tibi
gratias agens. Benedixit.
dedit discipulis suis dicens.
Accipite et bibite ex eo omnes.
Hic est enim calix sangui
nis mei noui et eterni testamenti
et mysterium fidei qui pro uo
bis et pro multis effundetur
in remissionem peccatorum.
Hec quotienscumque fece
ritis. in mei memoriam fa
cietis.

Unde et memores do
mine nos tui serui.
sed et plebs tua sancta eiusdem
christi filii tui domini dei nostri. tam be
ate passionis. nec non et
ab inferis resurrectionis.
sed et in celos gloriose ascen
sionis. offerimus preclare
maiestati tue de tuis do
nis ac datis. hostiam pu
ram. hostiam sanctam.
hostiam immaculatam.
Panem sanctum uite
eterne. et calicem salutis

propitie. Supra que propicio
ac sereno vultu respicere
digneris. et accepta ha-
bere sicuti accepta habere dig-
natus es munera pueri
tui iusti abel. et sacrificium
patriarche nostri abraham. et quod tibi ob-
tulit summus sacerdos tu-
us melchisedech. sanctum
sacrificium immaculatam
hostiam.

Supplices te rogamus omnipotens deus. iube hec perfer-
ri per manus sancti angeli
tui in sublime altare tuum
in conspectu divine maie-
statis tue. ut quotquot ex
hac altaris participatio-
ne sacro sancta filii tui corpus
et sanguinem sumpserimus.
omni benedictione celesti et gratia
repleamur. Per eundem christum
dominum nostrum. Amen.

Memento etiam domine fa-
mulorum famularumque
tuarum qui nos precesse-
runt cum signo fidei. et
dormiunt in sompno pacis.
N. Ipsis et omnibus in christo
quiescentibus. locum refrige-
rii. lucis. et pacis ut indul-
geas deprecamur. Per eun-
dem christum dominum nostrum. Amen.

Nobis quoque peccato-
ribus famulis tuis
de multitudine miseratio-
num tuarum sperantibus
partem aliquam et socie-
tatem donare digneris cum
tuis sanctis apostolis et mar-
tyribus. cum Iohanne.
Stephano. Mathia.
Barnaba. Ignatio.
Alexandro. Marcelli-
no. Petro. Felicitate.
Perpetua. Agatha.
Lucia. Agnete. Ce-
cilia. Anastasia. et cum
omnibus sanctis tuis. Intra
quorum nos consortium
non estimator meriti. sed
venie quesumus largitor admit-
te. Per christum dominum nostrum.

Per quem hec omnia
domine semper bona
creas. sanctificas. vivificas.
benedicis. et prestas no-
bis. Per ipsum. et cum ipso
et in ipso. est tibi deo patri
omnipotenti. in unitate

·ora pro domino karolo· primo re-
ge sicilie. et domina beatrice
uxore eius coniuge liberis pa-
rentibus et amicis defunctis.

spiritus sancti. omnis ho
nor et gloria.

Per omnia secula seculorum.

Amen. Oremus. Pre
ceptis salutaribus moniti.
et divina institutione for
mati audemus dicere.

Pater noster qui es
in celis sanctificetur no
men tuum. Adveniat
regnum tuum. fiat volun
tas tua sicut in celo et in
terra. Panem nostrum
cotidianum da nobis ho
die. Et dimitte nobis de
bita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus
nostris. Et ne nos indu
cas in temptationem. Sed

Libera nos a malo. Amen.

Libera nos quesumus
domine ab omnibus ma
lis preteritis presentibus

et futuris. et intercedente
te beata et glorioſa ſemp
uirgine dei genitrice Ma
ria et beatiſ aplis tuis.
Petro et Paulo atq;
andrea cum omnibz ſcis.
da ppitius pacem in die
bz noſtris. ut ope miſedie
tue adiuti. et a pecco ſim
ſemp liberi. et ab omni
ptubatone ſecuri. Per e
undem dnm nrm ihm xpm
filium tuum qui tecum
uiuit et regnat in unita
te ſpc ſci deus.

Per omnia ſecula ſe
culorum. Amen. Pax
domini ſit ſemper uobiſ
cum. Et cum ſpu tuo.

Agnus dei qui tollis pec
cata mundi miſerere no
bis. Agnus dei qui tol
lis peccata mundi miſe
rere nob. Agnus dei qui
tollis peccata mundi do
na nobis pacem.

Hec ſacro ſancta com
mixtio corporis et
ſanguinis dni nri ihu xpi
fiat m et omnibz ſumenti
bz ſalus mentis et corpis.
et ad uitam eternam pme
rendam et capeſcendam
ppatio ſalutaris. Per eun
dem xpm dnm nrm. Amen.

Domine ihu xpe fili dei ui
ui. qui ex uoluntate
patris coopante ſpu ſco.

per mortem tuam mundũ
uiuificasti. libera me per
hoc sacrum corpus et sã
guinem tuum a cunctis
iniquitatibꝫ meis ⁊ ab
uniuersis malis. et fac me
tuis semp̲ obedire man
datis. et a te numquã
in ppetuum separari. Q̃
uiuis et regnas cũ eodẽ
pr̃e in unitate eiusdem
sp̃c sc̃i deus. p̲ omĩa scl̃a
seculorum amen.

Corpus et sanguis
dñi nr̃i ihũ xp̃i cu
stodiant me in uitam e
ternam. Amen.

Quod ore sumpsimus
domine mente capi
amus. ut de corpe et san
guine dñi nr̃i ihũ xp̃i fi
at nobis remedium sem
piternum. amen.

Placeat tibi sc̃a trini
tas obsequium
seruitutis mee. et presta
ut hoc sacrificium quod
oculis tue maiestatis
indignus obtuli. tibi sit
acceptabile. michi q̃ ⁊
omnibꝫ pro quibꝫ illud
obtuli sit te miserante p̲
piciabile. Qui uiuis et
regnas deus. per omnia
secula sclõr. Amen.

[O]mnips sempiterne deus mi
serere famulo tuo ⁊ di
rige secundum tuam cleme
tiam in uiam salutis eter
ne. ut te donante tibi placita cu
piat. ⁊ tota uirtute pficiat. p.

[P]roficiat q̃s dñe hec
oblatio quam tue sup
plices offerimus maiestati
ad salutem famuli tui. ut
tua puidentia et uita eius
aduersa ⁊ prospa ubiq3 diri
gatur. per.

[S]umentes dñe ppetue
sacramenta salutis. tuam
deprecamur clementiam. ut
per ea famulum tuum ab
omni aduersitate protegas.
per.

In die sc̃o pasche officium.



Resur rexi et adhuc tecum sum al le lu ya po sui sti su per me manum tu am alle lu ya mira bilis facta est sci entia tu a alleluya allelu ya. ℟. Domine probasti me et cognovisti me tu cognovi sessionem meam et resur rectionem meam. Gloria. Evovae. Gloria in excelsis.

Deus qui Oratio. hodierna die per unigenitum tuum eternitatis nobis aditum devicta morte reserasti vota nostra que preveniendo aspiras etiam adiuvando prosequere. Per eundem. Ad corinthios.

FRatres: Expurgate vetus fermentum: ut sitis nova conspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nostrum: immolatus est christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri: neque in fermento malitie et nequitie. Sed in azimis sinceritatis et veritatis. ℟. Hec

di es quam ſe cit

do mi nus exulte

mus et le

temur in e a.

Confitemini do mi

no quo

ni am bo nus quo

ni am in ſe

cu lum miſericor

di a e ius.

Alle lu ya.

Paſcha no ſtrum

immola

tus

eſt xpi ſtus.

In illo tempore: Secundum

Maria magdalene. et

maria iacobi et ſalome.

emerunt aromata: ut

uenientes ungerent ihe

ſum. Et ualde mane una

ſabbatorum ueniunt ad

monumentum orto iam

ſole. Et dicebant ad inui

cem. Quis reuoluet no

bis lapidem ab oſtio

monumenti. Et reſpicie

tes: uiderunt reuolutu(m)
lapidem. Erat quippe ma-
gnus ualde. Et introeun-
tes in monumentu(m): ui-
derunt iuuenem sedente(m)
in dextris coopertum stola
candida. et obstupuerunt.
Qui dicit illis. Nolite ex-
pauescere. Ihm queritis
nazarenum crucifixum.
Surrexit. no(n) est hic. Ecce
locus ubi posuerunt eu(m).
Sed ite dicite discipulis ei(us) (et)
petro: quia precedet uos
in galyleam. Ibi eum ui-
debitis: sicut dixit uobi(s).
Credo.

Off. Terra tre muit
et qui euit dum resur
geret in iudi cio de
us al le luya.

Suscipe q(uesumu)s d(omi)ne secr(eta)
preces p(o)p(u)li tui cum
oblationib(us) hostiarum.
ut paschalib(us) initiata
misteriis. ad eternitatis
nobis medelam te operan-
te proficiant. P(er). Pfat(io) Te
quidem d(omi)ne om(n)i t(empore). Com-
municantes. et Hanc ig(itur).
dicu(n)t(ur) (et) p(er) tota(m) ebd(omad)am. Com.

Pascha no strum immo
la tus est xpistus
alleluya ita q(ue) epu
le mur in a zi mis
sinceritatis et ueritatis
alle luya alle luya al
le lu ya.

Spiritu(m) pco.
nobis do mine tue caritatis infu(n)-

de. ut quos sacramentis
paschalibz satiasti. tua fa
cias pietate concordes. P.

Feria
scda
offin

Introdu Introite [sic] — Introdu Itē missa ē

Intro du Ite missa ē
xit uos dominus in ter
ram fluentem lac & mel
alle luya et ut lex domi
nimi semper sit in ore ue
stro alle lu ya alle luya.

V. Confitemini dn̄o qm̄ bo
nus qm̄ in seculum mise
ricordia eī. Glā. euovae Glā
in exc

Deus qui sollem Oro
nitate paschali mū
do remedia contulisti. po
pulum tuum q̄s celesti do
no prosequere. ut et pfec
tam libertatem consequi
mereatur. et ad uitam p
ficiat sempiternam. P.
In diebz illis: lc actuū apl.
Stans petrus in me
dio plebis dixit. Viri fra
tres. uos scitis qd̄ fcm̄ ē
uerbum p uniuersam iude
am: incipiens eñ a gali
lea. post baptismum qd̄
predicauit iohes ihm a na
zareth. quo modo unxit
eum deus spū scō et uirtu
te. Qui ptransiuit bene
faciendo. et sanando om̄s
oppressos a dyabolo: qm̄
deus erat cum illo. Et nos
testes sumus omnium que
fecit in regione iudeorum
et ihrlm: quem occiderūt
suspendentes in ligno. hūc
deus suscitauit tcia die &
dedit eū manifestum fieri
non omī populo. s; testibz
preordinatis a deo. nobis

qui manducauimus et
bibimus cum illo post
q̃m resurrexit a mortuis.
Et precepit nobis predi
care ppl'o et testificari: q̃a
ipse est qui constitutus est
a deo iudex uiuorum et mor
tuorum. Huic omnes prophete te
stimonium phibent: re
missionem peccatorum ac
cipere p nomen eius. omnes
qui credunt in eum. R.

Lectio.
Hec dies. V. Dicat nunc
isra hel
quo niam bo
nus quoniam
in se culum
misericor dia e ius.

Al le luya.
V. Non ne cor no
strum ar dens e
rat in nobis de
ihe su dum no bis lo
que re
tur in
ui a. Secundum lucam.
In illo tempore. Duo ex di
scipulis ihesu ibant ipsa di
e in castellum quod erat

in spacio stadiorum sexa
ginta ab ihrlm: nomine
emaus. Et ipsi loquebantur
tur adinuicem: de his oĩ
bus que acciderant. Et
factum est dum fabula
rentur ⁊ secum quere
rent: et ipse ihc appropi
quans ibat cum illis.
Oculi autẽ eorum tenebant:
ne eum agnoscerent. Et a
it ad illos. Qui sunt hy
sermones quos confertis
adinuicem ambulantes.
⁊ estis tristes? Et respon
dens unus cui nomen cleo
phas: dixit ei. Tu solus
peregrinus es in ihrlm ⁊
non cognouisti que facta
sunt in illa his diebus?
Quibus ille dixit. Que?
Et dixerunt. De ihu na
zareno: qui fuit uir pro
pheta. potens in opere et
sermone coram deo ⁊ omni
populo. Et quo modo tradiderunt
eum summi sacerdotes et
principes nostri in damna
tionem mortis: et cru
cifixerunt eum. Nos

autem sperabamus: quia
ipse esset redempturus isrl.
Et nunc super hec omnia: ter
cia dies est hodie quod hec
facta sunt. Sed et mulieres
quedam ex nostris terrue
runt nos: que ante lu
cem fuerunt ad monu
mentum. Et non inuento
corpore eius: uenerunt di
centes se etiam uisionem
angelorum uidisse. qui di
cunt eum uiuere. Et abi
erunt quidam ex nostris
ad monumentum ⁊ ita
inuenerunt sicut muli
eres dixerunt. ipsum uero
non inuenerunt. Et ipse dixit
ad eos. O stulti et tardi
corde ad credendum in omni
bus que locuti sunt prophe
te. Nonne hec oportuit pati
xpm. et ita intrare in glo
riam suam. Et incipiens
a moyse et omnibus prophetis:
interpretabatur illis in
omnibus scripturis que de
ipso erant. Et appropinqua
uerunt castello quo ibant.
⁊ ipse se finxit longius ire.

Et coegerunt illum dicē
tes. Mane nobiscum. qm̄
aduesperascit. et inclinata
est iam dies. Et intrauit
cum illis. Et fc̄m est dum
recumberet cū illis: acce
pit panem. et benedixit.
ac fregit. ⁊ porrigebat il
lis. Et aperti sunt oculi eorꝫ:
et cognouerunt eū. Et ipse
euanuit ex oculis eorū.
Et dixerunt ad inuicem.
Nonne cor nr̄m ardens e
rat in nobis dum loque
retur in uia. et aperiret no
bis scripturas. Et surgē
tes eadem hora regressi sr̄
in ihrl̄m: et inuenerunt
cōgregatos undecim. et
eos qui cum ipsis erant
dicentes. qđ surrexit do
minus uere. et apparuit
symoni. Et ipsi narrabāt
que gesta erant in uia.
⁊ quomodo cognouerūt
eum in fractione panis.

Credo. Off.

Ange lus do
mi ni descen
dit de ce lo
et di xit mulie
ribus quem
que ritis surre
xit sicut di
xit alle lu ya.

Suscipe q̄s dn̄e Sec
preces ppli tui cum
oblatōnibꝫ hostiarum.
ut paschalibꝫ initiata
mysteriis. ad eternitatis
nob medelā te opante pfi
ciant. Per.

Com Surre xit do

minus et apparuit petro

al le luya.

Spiritum nobis domine *postcom* tue caritatis infunde. ut quos sacramentis paschalibus satiasti. tua facias pietate concordes. Per eundem. *Feria tercia offin*

Aqua sapi entie

potavit e os alle luya

firmabitur in il lis et

non flectetur alle luya

et exaltabit e os in e

ternum alle lu ya al

le lu ya. Confitemini

in domino quoniam bonus quoniam in

seculum misericordia eius. Gloria

euouae. Gloria in excelsis.

Deus qui ecclesiam *oratio* tuam novo semper fetu multiplicas. concede famulis tuis ut sacramentum vivendo teneant. quod fide perceperunt. Per dominum. *lectio actuum apostolorum*

In diebus illis: Surgens paulus. et manu silentium indicens ait. Viri fratres. filii generis abrahe et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant ihrusalem et principes eius. ignorantes ihesum et voces prophetarum que per omne sabbatum le

guntur: iudicantes im
pleuerunt. Et nullam
causam mortis inuente
tes in eo: petierunt a pi
lato ut interficerent eum.
Cumque consummassent omnia
que de eo scripta erant:
deponentes eum de ligno
posuerunt in monumento.
Deus uero suscitauit eum tercia
die a mortuis. Qui uisus est
per dies multos his qui si
mul ascenderant cum eo
de galilea in ierusalem: qui
usque nunc sunt testes eius
ad plebem. Et nos uobis
annunciamus eam que
ad patres nostros repromissio
facta est: quam hanc deus
adimpleuit filiis nostris
resuscitans ihesum christum dominum
nostrum.

R. Hec dies. V. Dicant
nunc qui redempti sunt a
do mi no quos
rede mit de manu inimi
ci de re
gio nibus con
grega uit e os.
Alle luya
V. Surre xit
do minus et oc cur
rens muli e
ribus a it.

ante te

tunc acceſ

ſe runt et tenue

runt pe

Sc̄m lucam. In illo tēpe: Stetit des eius.
ihc in medio diſcipulorū
ſuorū: et dicit eis. Pax uo
bis. Ego ſum nolite time
re. Conturbati uero et con
territi: exiſtimabant ſe
ſpm uidere. Et dixit eis.
Quid turbati eſtis et co
gitationes aſcendunt ī
corda uīa. Videte manꝰ
manus meas et pedes: quā
a ipſe ego ſum. Palpate et
uidete: quia ſpc carnem
et oſſa non habet ſicut me
uidetis habere. Et cū hoc
dixiſſet: oſtendit eis ma
nus et pedes. Adhuc autē
illis non credentibꝫ et mira
tibꝫ pre gaudio: dixit. Ha
betis hic aliquid qđ man
ducetur. At illi obtulerūt
ei partem piſcis aſſi: et fa
uum mellis. Et cum man
ducaſſet coram eis: ſumēs
reliquias dedit eis. Et dixit
ad eos. Hec ſunt uba que
locutus ſum ad uos. cum
adhuc eēm uobiſcum: qm
neceſſe eſt impleri omnia
que ſcripta ſunt in lege mo
yſi et pphis et pſalmis de
me. Tunc apuit illis ſenſū
ut intelligerent ſcriptu
ras. Et dixit eis. Qm ſic
ſcriptum eſt et ſic oportebat
xpm pati et reſurgere a
mortuis die tcia: et predica
ri in nomine eius peniten
tiam et remiſſionem pec
catorum in omnes gentes.

Credo.

Off. Intonu it de ce

lo do mi nus

et altiſſi mus dedit uo
cem ſu am et
appa rue runt fontes
aqua rum alle
lu ẏ a. ſcẽ

Suſcipe domine fideli
um preces cum obla
tõnibȝ hoſtiarum. ut per
hec pie deuotõnis officia.
ad celeſtem glãm transe
amus. Per. Cõm.

Si conſurrexiſtis cum
xpiſto que ſurſum ſunt
querite alle luya ubi xpc
eſt in dextera dei ſe dens
que ſur ſum ſunt ſapite
alle lu ya. pcõ

Concede qs omps ds.
ut paſchalis ꝑcepti
o ſacramenti. continua ĩ
nrĩs mentibȝ pſeueret. P.

Venite benedi Fia .iiii. offm.
cti patris mei percipite
regnum alle luya quod uo
bis paratum eſt ab ori
gine mundi allelu ya
allelu ya alle luya. V.

Confitemini dno quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia e-
ius. euouae. Gla. Gla in exc.
Deus qui nos oro. per resurrectionis dni
ce annua sollempnitate le
tificas. concede propicius:
ut per temporalia festa que
agimus. peruenire ad gau
dia eterna mereamur. Per
eundem. lco actuum apostolorum
In diebus illis: Apiens pe
trus os suum dixit. Viri
israhelite et qui timetis
deum audite. Deus abra
ham et deus ysaac et deus
iacob. deus patrum nostrorum
glorificauit filium suum
ihm: quem uos quidem
tradidistis et negastis.
ante faciem pilati. iudi
cante illo dimitti. Vos au
tem sanctum et iustum negas
tis: et petistis uirum ho
micidam donari uobis. Au
torem uero uite interfeci
stis: quem deus suscitauit
a mortuis. cui nos testes su
mus. Et nunc fratres scio quia
per ignorantiam fecistis: sic
et principes uestri. Deus autem
qui prenunciauit per os omni
um prophetarum pati xpm su
um: impleuit sic. Penitemi
ni igitur et conuertimini: ut
deleantur peccata uestra. R.
Gr. Hec dies. V. Dextera do
mini
fe cit uirtu
tem dextera do
mini
ex al tauit me.



Sec. iohem.

In illo tempore. Manifesta
uit se iterum ihc discipu
lis suis ad mare tyberia
dis. manifestauit autem
sic. Erant simul symon pe
trus et thomas qui dicitur
didimus. et nathanael qui
erat a chana galylee. et fi
lii zebedei. et alii ex disci
pulis duo. Dicit eis symō eius
petrus. Vado piscari. Di
cunt ei. Venimus et nos
tecum. Et exierunt. et ascē
derunt in nauim. et illa
nocte nichil prendiderunt.
Mane autē facto. stetit ihc in iam
litore. nō tamen cognoue
runt discipli quia ihc est.
Dicit ergo eis ihc. Pueri. nūquid
pulmentarium habetis. Res
ponderunt ei. Non. Dicit e
is. Mittite in dexteram na
uigii rete. et inuenietis.
Miserunt ergo. et iam non
ualebant illud trahere pre
multitudine piscium. Dicit
ergo discipulus ille quē di
ligebat ihc petro. Dns est.
Symon petrus cum audis
set quia dns est. tunicam suc
cinxit se. erat enim nudus.
et misit se in mare. Alii au
tem discipuli nauigio uene

runt. Non enim longe e
rant a terra. sz quasi cu
bitis ducentis. trahen
tes rete piscium. Vt ergo
descenderunt in terrã. ui
derunt prunas positas.
et piscem superpositum et
panem. Dicit eis ihc. Affer
te de piscibz quos pren
didistis nunc. Ascendit
simon petrus. et traxit
rete in terram plenum
magnis piscibz. centum
quinquaginta tribus.
Et cum tanti eẽnt. nõ est
scissum rete. Dicit eis ihc.
Venite prandete. Et nemo
audebat discumbentiũ
interrogare eum tu q̃s es.
scientes quia dñs est. Et
uenit ihc. et accepit panẽ
et dat eis. et piscem si
militer. Hoc iam tercio ma
nifestatus ẽ ihc discipulis
suis. cũ resurre
xisset a mortu
is. Credo. off. Portas
ce li aperuit do

mi nus et pluit illis
manna ut e derent
panem ce li de dit il
lis panem angelorum
manducauit ho
mo alle lu ya. sẽc
Sacrificia dñe pascha
libus gaudiis immo
lamus. quibz ecclia tua
mirabiliter et pascitur
et nutritur. p. com
Xpistus resurgens ex
mortuis iam non mori

tur allelu ya. mors illi ultra non dominabitur alleluya alle lu ya. pc̄o.

Ab omni nos q̄s dn̄e ue tuſtate purgatos. ſacramenti tui ueneran da p̄ceptō. in nouam trāſ ferat creaturam. Per.

Feria quinta officium

Uictricem manum tuam domine laudaue uerunt pariter allelu ya quia ſapientia aperu it os mu tum et lin guas infanti um fecit diſer tas allelu ya alle luya. ℣. Con fitemini dn̄o qm̄ bonus qm̄ in ſcl̄m miſedia eius.

Glā. evovae. Glā in excelſ.

Deus qui diuerſi oro tatem gentium in confeſſione tui nominis adunaſti. da ut renatis fonte baptiſmatis una ſit fides mentium et pie tas actionum. P. lco actu

In diebꝫ illis: um aplor

Angl's dn̄i locutus eſt ad philippum dicēs. Sur ge et uade contra meridi anum ad uiam que deſcē

dit ab ihrlm in gazam: h
est deserta. Et surgens a
biit. Et ecce uir ethiops
eunuchus potens can
dacis regine ethiopum.
qui erat sup omnes ga
zas eius. uenerat adora
re in ihrlm: et reuertebat
sedens sup currum suum.
legensque ysaiam pphām.
Dixit autē sps philippo.
Accede et adiunge te ad
currum istum. Accurrēs
autem philippus: audi
uit illum legentem ysai
am pphām. Et dixit. Pu
tas ne intelligis que legis.
Qui ait. Et quomodo pos
sum nisi aliquis ostendit
michi. Rogauitque philip
pum: ut ascenderet et se
deret secum. Locus autem
scripture hic erat: quam
legebat. Tamquam ouis ad
occisionem ductus est: et
sicut agnus coram tondē
te se sine uoce. sic nō ape
ruit os suum. In humili
tate iudicium eius subla
tum est. Generationem
eius quis enarrabit. Qm
tolletur de tra uita eius.
Respondens autē eunu
chus philippo dixit. Obse
cro te. de quo ppha dicit hoc
de se an de alio aliquo. A
periens autē philippus
os suum. et incipiens a
scriptura ista: euāngeliza
uit illi ihm. Et dum irent
p uiam: uenerunt ad qn
dam aqm. Et ait eunuchs.
Ecce aqua. Quis phibet
me baptizari. Dixit autē
philippus. Si credis ex to
to corde. licet. Et respondēs
ait. Credo dei filium esse
ihm. Et iussit stare currū.
Et descenderunt uterque in
aqm. philippus et eunu
chus: et baptizauit eum.
Cum autē ascendissent de
aqua: sps dn̄i rapuit phi
lippum. et amplius non
uidit eum eunuchus. I
bat autē p uiam suam
gaudens. Philippus aut
inuentus est in azoto. et
ptransiens euāngelizabat
ciuitatibz cunctis. donec

ueniret cesaream: nomē domini nr̄i ihu xp̄i. R̄.

.clxi. Hec dies quam.

Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli a domino factum est et est mirabile in oculis nostris.

Alleluya. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam uos in galileam. S' Johem.

In illo tempore: Maria stabat ad monumentū foris plorans. Dum ergo fleret: inclinauit se et prospexit in monumentum. Et uidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput et unū ad pedes: ubi positum

fuerat corpus ihu. Dicit
ei illi. Mulier: quid plo
ras? Dicit eis. Quia tule
runt dnm meum: et ne
scio ubi posuerunt eum.
Hec cum dixisset: conuersa
est retrorsum. Et uidit
ihm stantem: et non sciebat quia
ihesus est. Dicit ei ihc.
Mulier quid ploras quem
queris. Illa existimans quia
ortolanus esset. dicit ei.
Dne si tu sustulisti eum:
dicito mi ubi posuisti eu.
et ego eum tollam. Dicit
ei ihc. Maria. Conuersa illa:
dicit ei: Raboni quod di
citur magister. Dicit ei
ihc. Noli me tangere: nondum
en ascendi ad patrem meum. uade
autem ad fratres meos. et dic eis.
Ascendo ad patrem meum et
patrem urm. deum meum et dnm
urm. Venit maria magda
lene annuncians discipulis quia
uidi dnm et hec
dixit mi. Credo. off. Dies di

e sollempnita

ps ue stre dicit do

minus in du

tam uos in

ter ram fluen

tem lac et et mel

alle
luia. Sec.
Suscipe qs dne
munera ppl'orum in ya
tiorum propicius ut confes
sione tui nominis et bap
tismate renouati. sempi
ternam beatitudinem
consequantur. Per. com.

Populus ad quisti

o mis annuntia

te uirtutes eius q[ui]

le lu ya qui uos de te

ne bris uo ca uit

in admirabile lumen

su um alle luya.

Exaudi dn̄e pre pcō
ces nr̄as. ut redemp
tionis nr̄e sacrosancta co
mertia. et uite nobis con
ferant presentis auxili
um. et gaudia sempit
na concilient. Per.

Feria vi. officium

Eduxit eos do mi

nus in spe alle luya

et inimicos eo rum

operuit mare alleluya

allelu ya alle lu

ya. ℣ Attendite pp̄le m̄s

legem meam inclinate

aurem u̅ram in uerba oris

mei. Gl̄a. euouae. Gl̄a. in exc.

Omps sempit̄ne orō
deus. qui paschale
sacramentum in recon
ciliationis humane fede
re contulisti. da mentibȝ
nr̄is. ut quod professio

hnc celebramus · imitem̄
effectu · p. Lc̄ e · bī · petri apo
Kari : Xp̄s ſemel ſtoli ·
pro peccatis nr̄is mor
tuus eſt iuſtus pro iniu
ſtis : ut nos offerret deo.
mortificatos quidē car
ne · uiuificatos autē ſpū.
In quo et his qui in car
cere erant ſpualiter ue
niens predicauit : qui i
creduli fuerant aliqñdo.
qñdo expectabat dei pati
entia in diebz noe · cum
fabricaretur archa · in q̄
pauci · ideſt octo anime
ſalue facte ſunt p aquā.
Qd et uos nunc ſimilis
forme ſaluos facit baptiſ
ma : nō carnis depoſitio
ſordium · ſ; conſcientie
bone interrogatō in deum.
Per reſurrectionem ihu
xpi · qui eſt in dextera dei.

·clxx·
R Hec dies · V Benedictus
qui ue

nit in no mi
ne do
mini deus do
minus et
illu xit no bis.
Alle luya.
V Ange lus domi
ni deſcen dit de ce
lo et acce dens reuol
uit la pidem et ſede

bat super eum. Sc̄d'm
In illo tempore: mathm
Undecim discipuli abie runt in galyleam. in mon tem ubi constituerat illis ihc. Et uidentes eum ado rauerunt: quidam au tem dubitauerunt. Et accedens ihc. locutus est eis dicens. Data est mi chi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo doce te omnes gentes: baptizan tes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. docentes e os seruare omnia quecumque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omni bus diebus: usque ad consummati onem seculi.

Credo.

Off. Erit uo bis hic di es memori alis alle lu ya et diem festum celebrabi tis sollemne do mi no in pro genies ue stras legiti mum sempiternum di em alle lu ya. alle lu ya alle lu ya. Sec.

Hostias quesumus domine pla catus assume quas et pro renatorum expiatio ne peccati deferimus. et pro acceleratione ce lestis auxilii. P. com.

Data est michi omnis
potestas in celo et in ter
ra alle luya euntes doce
te omnes gentes bapti
zantes e os in nomine
patris et filii et spiri
tus sancti· alleluya al
le lu ya. Postcom
Respice qs dne pplm
tuum. et quem eter
nis dignatus es reno
vare mysteriis· a tem
poralibz culpis dignanter
absolue. p. Sabbato offin·

Eduxit dominus po
pulum suum in exulta
tio ne alle lu ya et
electos su os in leti
ti a allelu ya alle
lu ya. V. Confitemini do
mino · et inuocate nomen
eius annunciate inter
gentes opa eius. Gloria
evovae. Gloria in exc.

Concede q̄s omp̄s orō
deus. ut qui festa
paschalia uenerando e
gimus. p hec contingere
ad gaudia etna merea
mur. Lc. eple bi pet apli
Karissimi. Deponentes
omnem maliciam &
omnem dolum. & simulati
ones et inuidias. et oēs
detractiones: sicut mo
do geniti infantes ratio
nabiles sine dolo. lac con
cupiscite. ut in eo cresca
tis in salutem. si tamen
gustastis qm̄ dulcis est
dominus. Ad quem ac
cedentes lapidem uiuū.
ab hominibȝ quidem re
probatum. a deo autē e
lectum & honorificatum:
& ipsi tanq̄m lapides uiui
superedificamini domos
spiritales. sacdotiū scm̄.
offerre spitales hostias.
acceptabiles deo p ihm̄
xpm̄. Propter qđ conti
net scriptura. Ecce ponā
in syon lapidem sūmum
angularem. electum. pre
ciosum: & omnis qui cre
diderit in eum nō confū
detur. Vobis igitur honor
credentibȝ: nō credentibȝ
autē lapis quem repro
bauerunt edificantes.
hic factus in caput angu
li. et lapis offensionis.
et petra scandali. his qui
offendunt ūbo. nec cre
dunt in quo & positi sū.
Vos autē genus electū.
regale sacerdotiū. gens
scā. pp̄ls adquisitionis: ut
uirtutes annuntietis
eius qui de tenebris uo
uocauit in admirabile
lumen suum. Qui aliqn̄
do nō pp̄ls: nunc autem
pp̄ls dei. Qui non conse
cuti misericordiam: nūc autē
misericordiam
consecuti.



Alle lu ya
Hec di
es quam fe cit do



Sedm iohannē.

In illo tempore. Una ſab
bati maria magdalene
uenit mane cum adhuc
tenebre eēnt ad monumē
tum: et uidit lapidem
ſublatum a monumēto.
Cucurrit ergo. et uenit
ad ſimonem petrum. et
ad alium diſcipulum quē
diligebat ihc: et dicit eis.
Tulerunt dn̄m de monu
mento: et neſcimus ubi po
ſuerunt eum. Exijt ergo
petrus et ille alius diſci
pulus: et uenerunt ad
monumētum. Currebāt
autē duo ſimul: et ille alius
diſcipulus precucurrit ci
tius petro. et uenit pri
mus ad monumētum.
Et cū ſe inclinaſſet: uidit
lintheamina poſita. nō
tamē introiuit. Venit ergo
ſimon petrus ſequens
eum: et introiuit in mo
numētum. Et uidit lin
theamina poſita: et ſudari
um qđ fuerat ſup caput
eius. non cum linthea
minibȝ poſitum. ſed ſe
paratim inuolutū in unū
locum. Tunc ergo introi
uit et ille diſcipulus qui

uenerat primus ad mo
numentum: et uidit et cre
didit. Nondum enim scie
bant scripturam: quia o
porteret eum a mortuis
resurgere. Credo. off.

Bene di ctus qui ue
nit in no mi ne do
mini benediximus uos
de domo do mi ni de us
domi nus et illu
xit nobis alleluia alle luia.

Sec. Concede quesumus domine semper
nos per hec sancta myste
ria paschalia gratulari.
ut continua nostre repara
tionis operatio perpetue nobis
fiat causa letitie. Per. com.

Omnes qui in xpisto
baptizati e stis xpi
stum in dui stis alle
lu ya. Post com.

Redemptionis nostre
munere uegetati.
quesumus domine ut hoc perpetue sa
lutis auxilium. fides se
per uera proficiat. Per.

Dominica in oct. pasche officium.

Quasi modo geniti
infantes alle lu ya ra
tionabiles sine dolo
lac concupiscite alle luya.

alleluya alle lu ya. ✗.

Exultate deo adiutori
nr̃o iubilate deo iacob. Gl̃a
Presta q̃s ord.
Pr̃a q̃s
omp̃s d̃s: ut qui paschalia
festa peg[er]imus. hec te lar-
giente moribz et uita te-
neamus. P̃ er. c. bt̃. Johis ap̃.
Km: Omne q̃d natum
est ex deo: uincit mun-
dum. Et hec est uictoria
que uincit mundum:
fides nr̃a. Quis est autẽ
qui uincit mundum. n̄
qui credit q̃m ih̃c est filius
dei: Hic est qui uenit p̃
aquam ⁊ sanguinem:
ih̃c xp̃c. Non in aqua so-
lum: sz in aqua et sang-
ne. Et sp̃c est qui testifica-
tur: q̃m xp̃c est ueritas.
Q̃m tres sunt qui testimo-
nium dant in celo: pater
uerbum ⁊ sp̃c sc̃s. Et hi tres
unum sunt. Et tres sunt
qui testimonium dant in
terra: sp̃c aqua et sanguis.
Si testimonium homi-
accipimus: testimonium
dei maius est. Q̃m hoc est
testimoniũ dei q̃d maius
est: quia testificatus est
de filio suo. Qui credit in
filium dei: habet testimo-
nium dei in se.

Alle lu ya.

✗. Post dies o cto ianuis clau-
sis stetit ihesus in me dio discipulorum
su orum et dixit pax



ab hac die usque ad rogationes exclusive. Alleluia que dicuntur in dominicis ad missam versum repetantur in profestis diebus quando de tempore agitur. In illo tempore: Secundum iohannem.

Cum esset sero die illo una sabbatorum, et fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum: venit ihesus et stetit in medio. et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hoc cum dixisset: insufflavit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et quorum retinueritis retenta sunt. divisio per ebdomadam.

Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit ihesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum et mittam digitum meum in locum clavorum et mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo: iterum erant discipuli

cius intus· et thomas cū
eis· Venit ihc̄ ianuis clau
sis: et stetit in medio· ⁊ di
cit· Pax uobis· Deinde di
cit thome· Infer digitum
tuum huc· et uide manꝰ
meas· et affer manum
tuam· et mitte in latus
meum: et noli ēē incredu
lus sed fidelis· Respondit
thomas: et dixit ei· Dn̄s
meus: et deus meus· Di
cit ei ihc̄· Quia uidisti me
credidisti: beati qui n̄ uide
runt ⁊ crediderunt· Mul
ta quidem et alia signa fe
cit ihc̄ in conspectu discipu
loꝝ suoꝝ: que non sunt
scripta in libro hoc· Hec
autem scripta sunt· ut
credatis quia ihc̄ est xp̄c
filius dei: et ut credentes
uitam habeatis in nōīe
·clxxiij· eius· Off· Angelus dn̄i de
scendit de celo et dixit mu
lieribꝫ· quē queritis· surre
xit sicut dixit alla· Sec̄
Suscipe munera q̄s
dn̄e exultantis ec
clesie· et cui causam tan
ti gaudij prestitisti· ꝑpetu
um fructum concede leti
cie· P· Pf· Te quidem dn̄e
et Communicantes· et
Hanc ig·
Com· Mitte manum
tuam et cognosce loca cla
uoꝝ alleluya et noli esse
incredulus sed fidelis al
lelu ya alle lu ya Pō
Quesumus dn̄e deus
nr̄: ut sacrosancta
mysteria que pro reparati
onis nr̄e munimine con
tulisti· ⁊ presens nobis re
medium ēē facias et futu
rum· Per· Dn̄ica prima
post octaū pasche· officiū·
Misericordia do mini

plena est terra alleluya

uerbo dei celi firmati

sunt alleluya alle

luya. ℣. Exultate iusti

in dño rectos decet collau

datio. Glã evovae. orõ

Deus qui in filii tui

humilitate iacentẽ

mundum erexisti. fideli

bus tuis ꝑpetuam concede

leticiam. ut quos ꝑpetue

mortis eripuisti casibus.

gaudiis facias sempiter

nis ꝑfrui. Per eundem. lcõ

Eplẽ beati petri apli

Kmi. Xps passus

est pro nobis uobis relin

quens exemplum: ut se

quamini uestigia eius. Qui

peccatum ñ fecit: nec inuẽ

tus est dolus in ore eius.

Qui cum malediceretur:

non maledicebat. Cum pa

teretur: ñ comminabatur.

Tradebat autẽ iudicanti se

iniuste: qui peccata nr̃a ip

se ꝑtulit in corpe suo super

lignum. ut peccatis morui

iusticie uiuamus. cuius

liuore sanati estis. Eratis

enim aliqñdo sicut oues er

rantes: sz conũsi estis nũc

ad pastorẽ et episcopũ aĩaꝝ

uraꝝ.

Alle lu ya. ℣. Ego

sum pa stor

bo nus et cogno

sco o ues

me as et cogno scunt me me e. Alle lu ya

R. Surre xit xpistus et illu xit po pulo su o quem re demit i pse san guine suo

Illo Secundum tempore. iohannem

Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor. cuius non sunt oves proprie. videt lupum venientem. et dimittit oves et fugit. Et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est: et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus. Et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater: et ego agnosco patrem: et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere. et vocem meam audient. Et fiet unum ovile: et unus pastor. Off.

De us de us me us ad te de lu ce vi gi lo et in nomine tu o

le ua bo ma nus me

as alle luya. Sec

Benedictionem dñe nobis conferat sa lutarem sacra semp oblatio. ut quod agit mystio. uirtute pficiat. P. com

Ego sum pastor bonus

alle luia et cognosco

oues me as ꝛ cognoscut

me mee alle luya alle

Pñ nobs pcom

omps deus. luya

ut uiuificationis

tue grãm consequentes. in tuo semp munere gloriemur. P.

Dominica scda offm.

Iubila te deo omnis terra

alleluya psalmum di

ci te nomi ni e ius al

le lu ya da te gloriam

laudi eius alle luya

alle luya alle luya.

ps. Dicite deo quam terri

bilia sunt opa tua dñe in mł

titudine uirtutis tue. Gla. euouae.

Deus qui erran oro.

tibꝫ ut in uiam possint redire iusticie ueritas

tis tue lumen ostendis da
cunctis qui xpiana profes
sione censentur. et illa res
puere que huic inimica sunt
nomini. et ea que sunt apta
sectari. Lectio epistole beati pet
ri apostoli. Karissimi: Obse
cro uos tanquam ad
uenas et peregrinos: absti
nere uos a carnalibus desi
deriis que militant aduer
sus animam. Conuersatio
nem uestram inter gentes
habentes bonam: ut in eo
quod detrectant de uobis tan
quam de malefactoribus. ex bonis
operibus uos considerantes.
glorificent deum in die ui
sitationis. Subiecti estote
omni humane creature propter
deum: siue regi quasi pre
cellenti. siue ducibus tanquam
ab eo missis. ad uindictam
malefactorum laudem uero
bonorum. Quia sic est uo
luntas dei: ut benefacien
tes obmutescere faciant
inprudentium hominum
ignorantiam. Quasi li
beri et non quasi uelamen
habentes malitie libertatem:
sed sicut serui dei. Omnes
honorate: fraternitatem
diligite. Deum timete: re
gem honorificate. Serui sub
diti estote in omni timore do
minis: non tantum bonis
et modestis. sed etiam discolis.
Hec est enim gratia. In xpo ihu
domino
nostro.



ua do

ad pa trem.

Alle lu ya.

Sur rexit pa stor bonus qui po suit a nimam suam pro ouibz suis et pro sui o grege

ge mo ri

dignatus est. Sedm

In illo tempe: Iohannem.

Dixit ihc discipulis suis.
Modicū et iam non uide
bitis me. et iterum mo
dicum et uidebitis me: q
a uado ad patrem. Dixe
runt ergo ex discipulis
eius ad inuicem. Qd
est hoc qd dicit nobis mo
dicū ⁊ n̄ uidebitis me. et
iterum modicum ⁊ uide
bitis me. et quia uado
ad p̄rem. Dicebant ergo.
Quid est hoc qd dicit mo
dicū. Nescimus quid lo
quitur. Cognouit autem
ihc quia uolebant eum in
terrogare. et dixit eis. De
hoc queritis inter uos.
quia dixi modicum ⁊ nō
uidebitis me. et iterū mo
dicum et uidebitis me. A
men amē dico uobis: qui
a plorabitis ⁊ flebitis uos.

mundus autem gaude
bit. Vos autē contrista
bimini: sꝫ tristicia ura u
tetur in gaudium. Muli
er cum parit tristiciam
habet: quia uenit hora e
ius. Cum autē peperit pu
erum: iam nō nō meminit
pressure ꝓpter gaudium.
quia natus est homo in
mundū. Et uos igitur:
nūc quidem tristiciam
habetis. Iterum autē ui
debo uos: et gaudebit cor
urm. Et gaudiū urm̄ ne
mo tollet
a uobis.
Off. Lau da
anima me a dom
num laudabo do minum
in ui ta me a
psallam de o me o

Hec quiam di u e ro al
his
Sec. H nob dñe mystē le lu ya
rijs conferatur: quo terre
na desideria mitigantes.
discam amare celestia. P.
Co. Modicum et non uidebi
tis me allelu ya iterum
mo di cum et uidebitis
me qui a uado ad pa
trem allelu ya alle luya.
Factam̄ ea q̄ sump pro
simus q̄s dñe et spi
ritalibꝫ nos instruant ali
mentis. et corporalibꝫ tuea
tur auxilijs. P. Domi
nica tcia pt oct pasche offiu

Cantate domino
canticum nouum alle
luya quia mirabi li a fe
cit dominus alleluya.
ante conspectum gentiū
reuelau uit iusticiam
suam allelu ya allelu
ya. Saluauit sibi dex
tera eius. et brachium san
ctum eius. Gl'a. e u o u a e.

Deus qui fidelium oro
mentes unius effi
cis uoluntatis da ppl'is
tuis id amare qd̄ precipis
id desiderare qd̄ pmittis:
ut inter mundanas ua
rietates ibi nr̄a fixa sint
corda. ubi uera sunt gau
dia. p. Leō eplē bī iacobi
Kari. Omne datū apli.
optimum. et omne do
num pfectum desursum
est: descendens a prē lumi
num. Apud quē nō est
transmutatō: nec uicissi
tudinis obumbratō. Vo
luntarie eñ genuit nos
ũbo ueritatis: ut simus
initium aliquod creature
eius. Scitis frēs mei dilecti
simi. Sit autem om̄s ho
mo uelox ad audiendum:
tardus autē ad loquendū.
et tardus ad iram. Ira eñ
uiri: iusticiam dei ñ opat.
Propter qd̄ abicientes om
nem immundiciam. et abū
dantiam malitie: in man
suetudine suscipite insi
tum uerbum. Quod po

·clxxx·

test saluare animas ue-
stras.



·clxxxiiij· Alla. V. Surrexit dns de sepulchro qui pro nob pepend i ligno. Sedm iohem. In illo tēpe. Dixit ihc discipulis suis. Vado ad

eum qui me misit: et ne-
mo ex uobis interrogat me
quo uadis. Sz quia hec lo-
cutus sum uobis: tristicia
impleuit cor uestrum. Sed
ego ueritatem dico uobis:
expedit uobis ut ego ua-
dam. Si enim non abiero:
paraclitus nō ueniet ad uos.
Si autem abiero: mittā
eum ad uos. Et cum uene-
rit: ille arguet mundum
de peccato. et de iusticia. et
de iudicio. De peccato qui-
dem: quia non crediderunt
in me. De iusticia uero: quia
ad patrem uado & iam nō
uidebitis me. De iudicio
autē: quia princeps mū-
di huius iudicatus est.
Adhuc multa habeo uo-
bis di- cere: sz nō potestis
portare modo. Cum autē
uenerit ille spūs ueritatis:
docebit uos omnem ueri-
tatem. Non enī loquetur
a semet ipso: sz quecumque
audiet loquetur: et que
uentura sunt annun-
abit uobis. Ille me clari-

ficabit: quia de meo ac
cipiet · et annuntiabit uo
bis · Off. Iubilate deo uni
uersa terra psalmum dicite
nomini eius uenite et audite et
narrabo uobis omnes qui
timetis deum quanta fecit do
minus anime mee alleluia. Sec.
Deus qui nos per huius
sacrificii ueneran
da commercia unius summe
que diuinitatis participes
effecisti presta quesumus ut sicut
tuam cognoscimus ue
ritatem sic eam dignis
moribus assequamur. Co.
Cum ue ne rit para
clitus spiritus ueritatis
ille arguet mundum de
pecca to et de iusticia et
de iudici o alle lu ya

alle lu ya · Postco.
Adesto domine deus noster
ut per hec que fide
liter sumpsimus et pur
gemur a uiciis et a pericu
lis omnibus eruamur. P.
Dominica quinta. Offic.
Vocem iocundita
tis annuntiate et au
diatur alle lu ya
nunti ate us que ad ex
tre mum terre libe
rauit dominus populum
suum allelu ya al

le luya. V. Iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Gloria. euouae.

Deus a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus ut cogitemus te inspirante que recta sunt et te gubernante eadem faciamus. P. Lectio epistole beati iacobi apostoli.

Karissimi: Estote factores uerbi et non auditores tantum: fallentes uosmetipsos. Quia si quis auditor est uerbi et non factor: hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abiit: et statim oblitus est qualis fuit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis et permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius uana est religio. Religio munda et immaculata apud deum patrem hec est: uisitare pupillos et uiduas in tribulatione eorum et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Alleluya. V. Usque modo non petistis quic



quam in nomine me o pe ri te et accipie tis.

·cxv·

Alla. ℣. Surrexit do

minus et occurrens
mulieribus ait auete
tunc accesserunt et tenue
runt pedes eius. Secundum Iohannem.
In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis Amen amen dico
uobis: si quid petieritis
patrem in nomine meo da
bit uobis. Usque modo non
petistis quicquam in nomine
meo. Petite et accipietis:
ut gaudium uestrum sit ple
num. Hec in prouerbiis locu
tus sum uobis. Venit ho
ra cum iam non in prouerbiis
loquar uobis: sed palam
de patre annuntiabo uobis.
Illo die: in nomine meo pe
tetis. Et non dico uobis:
quia rogabo patrem de

ego

uobis. Ipse enim pater amat
uos: quia uos me ama
stis et credidistis quia
a deo exiui. Exiui a patre:
et ueni in mundum. Iterum
relinquo mundum: et ua
do ad patrem. Dicunt ei di
scipuli eius. Ecce nunc pa
lam loqueris: et prouer
bium nullum dicis. Nunc
scimus quia scis omnia:
et non opus est tibi ut quis
te interroget. In hoc credimus quia a deo exisiti.

Off. Benedicite gentes dominum deum nostrum et ob ·lxxxiii·
audite uocem laudis eius
qui posuit animam meam ad
uitam et non dedit commoueri
pedes meos benedictus do
minus qui non amouit deprecatio
nem meam et misericordiam su
am a me. alleluia. Secreta.
Suscipe domine fidelium
preces cum oblationibus
hostiarum ut per hec pie
deuotionis officia ad ce
lestem gloriam
transeamus.

Per. Com. Cantate

domi no alleluya
cantate domino et bene
dicite no men e ius be
ne nuntia te de
die in di em salu
tare eius alleluya alle
lu ya

Tu pocom
Tribue no
bis domine
celestis mense uirtute
satiatis. et desiderare q̄
recta sunt. et desiderata
percipe. Per.

Feria sc̄da in rogatoib; offin
Exaudiuit de templo sancto su
o uo cem me am
alle lu ya et clamor
meus in conspectu eius
introi uit in au res e
ius alle lu ya alle
luya. ℣ Diligam te do
mine uirtus mea dominus
firmamentum meū et refugi
um meū ⁊ liberator me
us. Gloria euouae. oro.

Presta qs omps deus·
ut qui in afflictio
ne nra de tua pietate co
fidimus· contra adusa
omnia· tua semp protecti
one muniamur· p. Lco· epl'
b(ea)ti iacobi apli·
R Confitemini al
terutrum peccata uestra:
& orate pro inuicem ut
saluemini· Multu enim
ualet· deprecatio iusti as
sidua· Helyas homo erat
similis nobis passibilis:
& oratone orauit ut no
plueret sup tram· & non
pluit annos tres & men
ses sex· Et rursum ora
uit: et celu dedit pluui
am· et tra dedit fructum
suum· Si quis errauerit
ex nobis a ueritate· et co
uerterit quis eum: scire
debet· qm qui conuerti fe
cerit peccatore ab errore
uie sue· saluabit aiam
eius a morte· Et operit
multitu
dine pec
catorum.





Scdm lucam.

In illo tempore Dixit ihc
discipulis suis· Quis uestrum habebit
amicum & ibit ad illum
media nocte et dicet illi· a
mice comoda m tres pa
nes qm amicus meus ue
nit de uia ad me et n ha
beo qd ponam ante eum·
et ille deintus respondes
dicat· noli m molestus ee.
iam ostium clausu est· et
pueri mei mecum sunt i

cubili. non possum surge
re et dare tibi. Et ille si
perseveraverit pulsans:
dico vobis. et si non dabit
illi. surgens eo quod amicus
eius sit: propter improbi
tatem tamen eius surget.
et dabit illi quotquot
habet necessarios. Et e
go dico vobis. Petite. et
dabitur vobis. Querite
et invenietis. Pulsate. et
aperietur vobis. Omnis
enim qui petit accipit. et qui
querit invenit. et pulsan
ti aperietur. Quis autem
ex vobis patrem petit pa
nem. numquid lapidem da
bit illi? Aut piscem. num
quid pro pisce serpentem
dabit illi? Aut si petierit
ovum. numquid porriget
illi scorpionem? Si ergo
sitis(vos cum mali. nostis bo
na data dare filiis vestris:
quanto magis pater vester
de celo dabit spiritum bonum
peten
tibus se.
Off. Confitebor domi

no ni mis in ore me o
et in medio multo
rum laudabo e um
qui asti tit ad dexte
ram pau peris
sal uam fa ceret a per
se quen ti bus a
nimam meam alle
lu ya. Sec.

Hec munera quesumus domine
et vincula nostre pra
vitatis absolvant. et

me nobis mise
ricordie dona co
cilient. P. com. Pe tite
et accipietis querite et
inve nie tis pulsa
te et aperietur vo
bis omnis enim qui pe
tit accipit et qui que
rit inve nit et pul
san ti a perietur
alle lu ya.
Vota nra qs dne pcd
pio favore proseq
re. ut dum dona tua in

tribulatione percipimus
de consolatione nra in tuo
amore crescamus. P. feria
iij. offm. Exaudivit. et
cetera oia sicut in precedenti secunda
feria. In vigilia ascensionis offm. clxxxi.
O mnes ge
ntes plaudite mani bus
iubila te de o in voce
exultatio nis alle lu
ya alle lu ya alle
lu ya. ℣. Subiecit
ppl'os nobis et gentes sub
pedibus nris. Gla. euouae.

Presta quesumus omnipotens deus: ut nostre mentis intentio quo sollempnitatis hodierne gloriosus auctor ingressus est semper intendat. et quo fide pergit: conversatione perveniat. Per eundem. **Ad ephesios.**

Fratres: Unicuique nostrum data est gratia: secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit. quid est. ~~nisi quia et descendit. quid est.~~ nisi quia et descendit primum in inferiores partes terre. Qui descendit. ipse est et qui ascendit super omnes celos. ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios vero evangelistas. alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii. in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum. in mensuram etatis plenitudinis Christi.



Secundum iohannem.

In illo tempore: Sublevatis Ihesus oculis in celum: dixit. Pater venit hora: clarifica filium

tuum. ut filius tuus cla
rificet te. Sicut dedisti ei
potestatem omnis carnis:
ut omne quod dedisti ei. det e
is vitam eternam. Hec est
aut vita eterna: ut cognoscant
te solum verum deum. et quem
misisti ihesum xpistum. Ego te
clarificavi super terram:
opus consummavi quod
dedisti michi ut faciam. Et
nunc clarifica me tu pater
apud temet ipsum: clari
tate quam habui priusquam
mundus esset apud te. Ma
nifestavi nomen tuum ho
minibus: quos dedisti michi
de mundo. Tui erant. et
michi eos dedisti: et sermonem
Presta quesumus omnipotens deus ut beati petri martyris tui fidem congrua deuotione sectemur. qui pro eiusdem fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere. Per. Ad thimoteum.

Karissime: Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat cui se probauit. Nam et qui certat in agone: non coronatur nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolam: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum ihesum christum resurrexisse ex mortuis. ex semine dauid. secundum euangelium meum: in quo laboro usque ad uincula quasi male operans. Sed uerbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos. ut et ipsi salutem consequantur. Que est in christo ihesu. cum gloria celesti.



·xxvi·

lyx ex stru ctu tripli
ci quem sub pa tre mi
ri fico ex uirtute mul
tiplici le
git san cto
do mi no.

·g·de t(em)p(or)e· ·cxxxvij·
All(elui)a· Surrexit pastor bo.
In illo temp(or)e: Sc(cun)d(u)m lucã
Dixit ih(esu)c discipulis su
is· Siquis uult post me
uenire: abneget semet ip
sum et tollat crucem suã
cotidie et sequatur me. Q(ui)
enim uoluerit animam
suam saluam facere: p(er)det
illam. Nam qui p(er)diderit
animam suam p(ro)pter me:
saluam faciet illam. Q(ui)d
enim proficit homini si
lucretur uniuersum mũ
dum· se ip(su)m aute(m) p(er)dat et
detrimentũ sui faciat. Nã
qui me erubuerit (et) meos
sermones: hunc filius ho
minis erubescet cũ uener(it)
i(n) maiestate sua et patris
~~et patris~~ et s(an)c(t)or(um) anglor(um).
Off(ertorium) ·cvij· Posuisti d(omi)ne in capite.
Preces quas tibi Sec(reta)
d(omi)ne offerimus inter
cedente beato petro m(arty)re
tuo clementer intende. et
pugiles fidei sub tua pro
tectione custodi. P(er). Co(mmunio) Ego
·xxv· sum uitis uera (et) uos. P(ost)co(mmunio).
Fideles tuos d(omi)ne cus
todiant sacramenta
que sumpsim(us). et intercedente
beato petro m(arty)re tuo. c(on)
tra omnes adu(er)sos tuea
tur incursus. P(er). Sc(oru)m
ap(osto)lor(um) philippi (et) iacobi
Offi(cium).
Exclamauerunt
ad te domine in tempo(re)

afflictionis su e et tu de

celo exaudisti e os alle

luya alle lu ya. ℟ Exul

tate iusti in domino rectos

decet collaudatio. Gl'a. euouae.

Deus oro Gl'a in exc.
qui nos annua apo
stolorum tuorum philippi et ia
cobi sollempnitate letificas:
presta qs. ut quorum gaudem
meritis. instruamur exem
plis. P. Lc̄o libri sapientie.

Stabunt iusti i mag
na constantia adu
sus eos qui angustiave
runt: et qui abstulerunt
labores illorum. Videntes tur
babuntur timore horribili:
et mirabuntur i subitatio
ne in sperate salutis. dicen
tes. intra se penitentiam
agentes. et pre angustia
spc gementes. Hi sunt quos
aliquando habuimus inde
risum: et in similitudine
improperii. Nos insensati
vitam illorum estimabamus in
saniam: et finem illorum sine honore.
Ecce quomodo computati sunt
inter filios dei: et inter scos
sors illorum est.

Alle luya.

℟ Sta bunt

iu sti in magna con

stantia adversus

eos qui se angu

stiaverunt. clxix. Alla. ℟ In · Sup de tpe.
die resurrectionis mee dic.

s. de tempe.

post ascensionem sedm. ·lxxxv·
Alla. ℣. Ascendens xpc in alt.
In illo tempore: Sed. Johem.
Dixit ihc discipulis su-
is. Non turbetur cor urm.
Creditis in deum: et in me
credite. In domo pris mei:
mansiones multe sunt.
Si quominus. dixissem
uob: qr uado parare uob
locum. Et si abiero et ppa
uero uobis locum: iterum
uenio et accipiam uos ad
meipsm. ut ubi sum ego.
et uos sitis. Et quo ego
uado scitis: et uiam scitis.
Dicit ei thomas. Dne. ne
scimus quo uadis. Et quo
modo possumus uiam scire.
Dicit ei ihc. Ego sum uia
et ueritas et uita. Nemo
uenit ad prem: nisi p me.
Si cognouissetis me: et
prem meum utique cogno
uissetis. Et amodo cogno
scetis eum: et uidistis eu.
Dicit ei philippus. Dne os
tende nobis prem: et suf
ficit nobis. Dicit ei ihes.
Tanto tempe uobiscum
sum. et non cognouistis
me: Philippe: qui uidet me
uidet et prem. Quo modo
tu dicis ostende nobis pa
trem: Non credis qr ego i pre
et pr in me e. Uba que ego loqr uob:
a me ipso n loquor ego pat au
i me manes: ipse facit opa.
Non creditis quia ego
in patre et pater in me e.
Alioquin. ppter opa ipa cre
dite. Amen am dico uobis:
qui credit in me. opa que e
go facio et ipse faciet. et ma
iora horum faciet. qa ego
ad prem uado. Et quodcumque
petieritis prem in nomine
meo: hoc faciam. Credo.
Off. Confitebunt. ·xxiiij· s. ct.
Muneta dne que pro a
postolorum tuorum p
hilippi et iacobi sollemnita
te deferimus. ppitius susci
pe. et mala omnia que mere
mur auerte. P. Pc. Te dne




Co. Tanto tempore



uobiscum sum et non co



Quesumus domine. Postcom.
salutaribus repleti my-
steriis. ut quorum sollem-
nia celebramus. eorum ora-
tionibus adiuuemur. Per. In
inuentione sancte crucis. officium
·cxx·
Nos autem oportet. Gloria.
Deus. oratio. Qui in excel.
Deus qui in preclara salu-
tifere crucis inuentione.
passionis tue miracula
suscitasti. concede. ut uita-
lis ligni precio. eterne uite
suffragia consequamur.
Qui uiuis. ad Galathas.
Fratres: Confido de uo-
bis in domino: quod nichil
aliud sapietis. Qui autem
conturbat uos. portabit
iudicium quicumque est
ille. Ego autem fratres si circum-
cisionem adhuc predico.
quid adhuc persecutionem
patior? Ergo euacuatum
est scandalum crucis. Uti-
nam et abscindantur: qui
uos conturbant. Quicumque
enim uolunt placere in
carne. hi cogunt uos cir-
cumcidi: tantum ut crucis
Christi persecutionem non pati-
antur. Neque enim qui cir-
cumciduntur legem custo-
diunt: sed uolunt uos cir-
cumcidi. ut in carne uestra
glorientur. Michi autem
absit gloriari. nisi in cruce
domini nostri Ihesu Christi: per quem michi
mundus crucifixus est:
et ego
mundo.



℟ Dulce lig num dulces clauos dulcia fe rens pon dera que ſola fu iſti di gna ſuſtine re regem celo rum et domi num.

ſ· de tpr· Alla· ℣ Surrexit dñs de ſepulchro. ·clxxiiij·

ſ· de tpr· post aſcenſione· Alla· ℣ Aſcendens x̄. ·clxxv·

In illo tempe: Scdm iohem

Erat homo ex phariſeis nichodemus nomine: prin ceps iudeorum· Hic uenit ad ihm nocte: et dixit ei· Rabi. ſcimus quia a deo uenisti magiſter· Nemo enim poteſt hec ſigna facere que tu facis: niſi fuerit deus cum eo· Reſpondit ihc: et dixit ei· Am̄ am̄ dico tibi: niſi quis natus fuerit denuo· non poteſt uidere regnū dei· Dicit ad eum nichodemus· Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex: Nunquid poteſt in uentrem matris ſue iterato introire et renaſci: Reſpondit ihc· Am̄ am̄ dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpū· non poteſt introire in regnum dei· Quod natum eſt ex carne: caro eſt· Et quod natū eſt ex ſpū: ſpc eſt· Non mireris quia dixi tibi: oportet uos naſci denuo· Sps ubi uult ſpirat: et uocem eius audis ſꝫ nō ſcis unde ueniat· aut quo uadat· Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpū· Reſpondit nichodemus: et dixit ei· Quomodo poſſunt hec fieri· Reſpondit ihc: et dixit ei· Tu es magiſter in iſrl̄: et hec ignoras: Amen am̄ dico tibi: quia qđ ſcimus loquimur: et quod uidimus

300

testamur· et testimonium
nostrum non accipitis· Si ter
rena dixi uobis et non credi
tis: quomodo si dixero uobis
celestia credetis: Et nemo
ascendit in celum nisi qui
descendit de celo: filius hominis
qui est in celo· Et sicut mo
yses exaltauit serpentem
in deserto· ita exaltari opor
tet filium hominis: ut omnis
qui credit in ipsum non pereat·
sed habeat uitam
eternam. Cre
do· Off. Pro te
ge do mine plebem
tu am per si gnum san
cte cru cis ab
o mnibus insidiis
inimicorum omnium ut
ti bi gratam exhibea
mus ser
uitutem et accepta bi
le tibi fi at sa crifi
cium nostrum. Vers. Al
Secr. le lu ya
Sacrifici
um domine quod
immolamus placatus in
tende· ut ab omnium nos
seruat bellorum nequicia·
et per uexillum sancte crucis fi
lii tui ad conterendas pote
statum aduersariorum insi
dias nos in tue protectio
nis securitate constituat.
Per eundem. Pf. Qui salutem. Co.
Per lignum serui facti

sumus et per sanctam crucem liberati sumus fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos. resp. Alle

Ineffabilem prefatio clementiam tuam quesumus omnipotens deus ut ab his quos per lignum sancte crucis pro cruore filii tui redemisti. dira serpentis antiqui venena depellas et eis per gratiam sancti spiritus poculum infundas. Per eundem eiusdem.

salutis

Eodem die sanctorum alexandri. Eventii et theodoli martirum.

Presta quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum tuorum alexandri eventii et theodoli natalicia colimus a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per. Secreta

Super has quesumus domine hostias benedictio copiosa descendat que et sanctificationem nobis clementer operetur et de martirum nos sollempnitate letificet.

Refecti participatione postcommunio muneris sacrati quesumus domine deus noster ut cuius exequimur cultum sentiamus effectum. Per. In festo corone domini officium

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore corone domini de cuius sollempnitate gaudent angeli et collau

dant filium de i. alle
lu ya alle lu ya. ℣.
Omnes gentes plaudite ma
nibz iubilate deo in uoce ex
ultationis. Gła. euouae.
Presta q̄s oro Gła. mex.
omps deus. ut qui
in memoriam passionis dn̄i
nr̄i ihu xp̄i coronam eius
spineam ueneramur in t̄
ris. ab ip̄o gl̄a et honore co
ronari mereamur i celis.
Qui tecū. lc̄o libri sapie.
Lectulum salomonis
sexaginta fortes am
biunt ex fortissimis isr̄l
omnes tenentes gladios:
et ad bella doctissimi. Vni
uscuiusq; ensis sup femur
suum: ꝑpter timores noct̄
nos. Ferculum fecit sibi rex
salomon: de lignis libani.
Columnas eius fecit ar
genteas. reclinatorium
aureum. ascensum pur
pureum. media caritate
constrauit: ꝑpter filias
ih'rlm. Egredimini et uide
te filie syon regem salomo
nem. in diademate quo co
ronauit eum mater sua.
in die desponsationis illi̊:
et in die leticie cordis ei̊.
Q̃m pulchra es amica
mea quam pulcra es. O
culi tui columbarum: ab
sq; eo q̊d intrinsecus latz.
Veni de libano sponsa me
a: ueni de libano ueni coro
naberis.

Alle lu ya.
Ya
dema spi neum uene



·clxxvi·
Alla ·V· Surrexit xpc et il
luxit· p̄ ascensionē scd· Alla

·clxxxv·
·V· Ascendens· Scdm iohem.

·s̄ de tp̄r·

·sup̄ d tp̄r·

A illo tempe. Apprehen
dit pylatus ihm: et fla
gellauit· Et milites ple
ctentes coronam de spinis
imposuerunt capiti eius.
et ueste purpurea circū
dederunt eum· Et ueniebāt
ad eum: et dicebant· Aue
rex iudeor· Et dabant ei
alapas. Exiuit iterum
pylatus foras. et dixit eis·
Ecce adduco uobis eum
foras: ut cognoscatis quia
in eo nullam causam inue
nio· Exiuit ergo ihc portās
spineam coronam: et pur
pureum uestimītum· off

·cviii·
Gloria et honore coronasti.

D eorum militum scō
O rex omps̄c uirtutem
corobora· ut quos in hu
mortalitatis stadio unige
niti filii tui corona letificat
cōsummato cursu certami
nis immortalitatis brauī
um apprehendant· p. eundē.

·cviii·
com Posuisti domine· pcom

S upplices te rogamus
omps̄c deus: ut h sacra
menta que sumpsimus· p
sacro scē filii tui corone cū
sollemnia recensemus uir
tutem. nobis proficiant
ad medelam· p eū. San
iohis ān̄ portā latinā off

·vi·
I n medio ecclie aperuit· Glā

D eus qui cō orō / excelsis
spicis quia nos undi
qz mala nr̄a pturbant· pñ
qs. ut bī iohis apli tui et
eūngeliste intercessio g
riosa nos protegat· p q

·lxxxvi· ·vii·
Qui timet deum· Alla
℟ Hic est discipulus illa· Alla
s. de ap. clxix
℟ In die resurrectionis· ꝑ ascen
sionem scdm· Alla ℟ Ascendit
s. clxxxvi·
deus in iubilatōe· Scdm iohem
In illo tempore· Dixit ihc pe
tro· Sequere me· Conuersus
petrus: uidit illum disci
pulum quem diligebat ihc
sequentem qui et recubuit
in cena sup pectus eius· et
dixit domine quis est qui tradet
det te· Hunc ergo cū uidisset
petrus: dixit ihu· Dn̄e hic
autem quid: Dicit ei ihc·
Sic eum uolo manere do
nec ueniam· Quid ad te·
Tu me sequere· Exiuit ergo
sermo iste inter fratres: quia
discipulus ille non moritur·
Et non dixit ei ihc nō mori
tur: sed sic eum uolo mane
re donec ueniam· quid ad
te· Hic est discipulus qui
testimonium phibet de his
et scripsit hec· Et scimus quia
uerum est testimoniū eius·
·xxv·
Credo· off Repleti sumus·
Muneribz nr̄is q̄s dn̄e
domine precibz qz susceptis· intercedente beato
iohanne aplō tuo et euan
gelista et celestibz nos mu
da mysteriys ⁊ clementer
exaudi· ꝑ· pref· Te dn̄e·
·xxv·
co Ego sum uitis uera· pco·
Refecti dn̄e pane cele
sti· intercedente bō
iohanne aplō tuo et euan
gelista ad uitam q̄s mut
amur eternam· ꝑ· Scōr Gor
diani ⁊ epymachi mr̄m· of
·xxiii·
Sctī tui dn̄e bndicent· sicut
Da q̄s omps deus· ut q̄ or·
bōrum mr̄m tuor gordia
ni atqz epymachi sollempnia
colimus· eor apud te inter
cessionibz adiuuemur· ꝑ·
·lxxxiii·
epla Sci ꝑ fidem· Alla·
·cxii·
℟ Sci et iusti in dn̄o· euangelium
·lxxxv·
Cum audieritis prelia·
·cxxii·
off Mirabilis ds̄ i scīs suis·
Hostias tibi dn̄e sctōrum
bōrum mr̄m tuor gor
diani atqz epymachi dica
tas meritis benignus as
sume· et ad ppetuum nob
tribue prouenire subsidi
um· Per· com Iustor anime
·cxxiii·
in manu dei sunt et n· postco·

P̄s om̄ps deus· ut qui celestia alimenta pce pimus· intercedentibꝫ scīs tuis gordiano atqꝫ epymacho· p hec contra om̄ia aduersa muniam̄· ꝑ· Scī nerei· achillei· et pācratii m̄r· officiū·

Ecce oculi domini super timentes eum sperantes in misericordia eius alleluya ut eripiat a morte animas eorum quoniam adiutor et protector noster est alleluya alleluya· ꝟ· Exultate iusti in domino recto decet collaudatio· Gloria· evovae·

Semꝑ nos dn̄e oratio m̄rm tuoꝝ· nerei achillei atqꝫ pancratii· foveat q̄s beata sollempnitas· et tuo dignos reddat obsequio· ꝑ· ep̄la Iusti in ꝑpetuum· Alla̅· ꝟ· Gaudete iusti· ev̄nḡl̄m Descendens ihc· off Confitebunt̄ celi mirabilia tua· sc̄r Sc̄oꝝ tuoꝝ dn̄e nerei achillei atqꝫ pancratii tibi grata confessio· et munera nr̄a cōmendet· et tuam nobis indulgentiam semꝑ imploret· ꝑ· co Gaudete iusti i dn̄o alla̅· pco̅m Q̄s dn̄e ut beatorum m̄rm tuoꝝ nerei· achillei atqꝫ pancratii deprecantibꝫ· sacram̄ta scā quꝫ sump

sumus. ad tue nobis profi
ciant placationis augm̄
tum. P. Scē potentiane virḡ.
Exaudi nos deus orō.
salutaris nr̄. ut sicut
de beate potentiane virgis
tue festivitate gaudemus.
ita pie devotionis erudia
mur affectu. P. Sec̄.
Accepta tibi sit dñe sac̄
te plebis oblatiō. pro tu
orum honore scōrum. quorum se
meruit percepisse de tribula
tione cognoscat auxilium. P.
Satiasti dñe famu pcō.
liam tuam muneri
bus sacris. eius qs interven
tione nos refove. cuius sollē
pnia celebramus. P. In transla
tione scī dñici officium.
In medio ecclie aperuit os. Glā.
Deus qui orō. Cmexc.
ecclesiam tuam beati
dominici confessoris tui il
luminare dignatus es me
ritis et doctrinis. concede
ut eius intercessione tempa
libus n̄ destituatur auxiliis.
et spiritualibus semper proficiat in
crementis. P. Ad thimotheū

Karissime: Testificor corā
deo et xpo ihū. qui
iudicaturus est vivos et
mortuos per adventū ipsius
et regnum eius: predica vēr
bum. insta oportune. impor
tune. Argue. obsecra. incre
pa in omni patientia et do
ctrina. Erit enim tempus cū
sanam doctrinam n̄ sustine
bunt: sed ad sua desideria co
acervabunt sibi magistros
prurientes auribus. Et a ve
ritate quidem auditum
avertent: ad fabulas au
tem convertentur. Tu ve
ro vigila: in omnibus labora.
Opus fac evangeliste. mini
sterium tuum imple. sobri
us esto. Ego enim iam delibor:
et tempus mee resolutio
nis instat. Bonum certa
men certavi: cursum cōsū
mavi. fidem servavi. In
reliquo reposita est michi
corona iusticie quam reddet
michi dñs in illa die iustus
iudex. Non solum autem michi: sed et
his qui diligunt adven
tum eius. Allā. ·iiij· V. Pie pr.

S. de tempe

dñice tuorum. tempe resurrec.
Alla. v. Xpc resurgens. .clxvi. .a. As
censionis. .clxxxv. Alla. v. Ascendens x
in altum capt. .a. Pe tuitate .R.
Os iusti meditabitur. .cxvi. v. Lex di.
Alla. .liii. v. Pie pater. Secundum
In illo tempore: matheum
Dixit ihc discipulis su
is. Vos estis sal terre. Quod
si sal evanuerit: in quo
salietur. Ad nichilum
valet ultra: nisi ut mittatur
foras et conculcetur ab
hominibus. Vos estis lux
mundi. Non potest ciui
tas abscondi supra mon
tem posita: neque accendunt
lucernam et ponunt eam
sub modio. sed super cande
labrum. ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic
luceat lux vestra coram ho
minibus: ut videant opera
vestra bona. et glorificent
patrem vestrum qui in celis est.
Nolite putare: quoniam veni
solvere legem aut prophetas
Non veni solvere: sed ad
implere. Amen quippe di
co vobis: donec transeat
celum et terra. iota unum aut
unus apex non preteribit a le
ge: donec omnia fiant. Qui
ergo solverit unum de mandatis
istis minimis et docuerit sic
homines: minimus voca
bitur in regno celorum. Qui
autem fecerit et docuerit
hic magnus vocatur in reg
no celorum. off. .cxix. Desiderium a
nime eius tribuisti ei dñe. Sec.
Munera tibi dñe dica
ta sanctifica. et meritis
beati dominici confessoris
tui nobis proficiant ad me
delam. P. com. .cxx. Fidelis seruus.
Concede quesumus omnipotens prom.
deus ut qui peccatorum nostro
rum pondere premimur
beati dominici confessoris
tui patrocinio subleve
P. Sci. urbani pp. et mris
.cxv. Sacerdotes tui R. fi.
dñe induant iusti
Da quesumus omnipotens deus. ut
qui beati urbani mar
tyris tui atque pontificis
sollempnia colimus. eius
apud te intercessionibus
adiuvemur. P. epla. Be

lxxxiij

Beatus homo qui invenit sa
pientiam. R. Inveni david cxvi
servum. Alla. V. Posuisti dne cxvii
sup caput ei. Ewang. Homo cxviii
quidam pegre. off. Veritas lxxxvi
mea et miscdia mea. Secr.
Hec hostia dne qs emun
det nrã delicta et ad sa
crificium celebrandum sub
ditorum tibi corpa mentesque
sanctificet. P. Co. Fidelis servus cxvi
et prudens. Postcom.
Refecti pticipatione
muneris sacri qs dne ds
nr. ut cuius exequimur
cultum sentiamus effec
tum. P. Sce petronille vg.
Exaudi nos ds sa oro.
lutaris nr. ut sicut
de beate petronille virginis
tue festivitate gaudemus.
ita pie devotonis erudia
mur affectu. P. Secreta.
Accepta tibi sit dne sac
te plebis oblato pro
tuorum honore scorum quorum
se meritis pcepisse de tri
bulatone cognoscit auxi
lium. P. Postcom.
Sacrasti domine fami

liam tuam muneribus sa
cris. eius qs interventio
ne nos refove cuius sol
lempnia celebramus. P.
Scorum marcellini et
petri martyrum. offin.

Clamaverunt iusti
et do minus exaudivit
e os et ex omnibus tri
bulationibus eorum libera
vit e os. resur. Al
le luya. V. Be
nedicam dnm in omni tempe
se laus ei in ore meo. Gla. evovae.

Deus qui nos annua orō
beatorum mar̄m tuorum mar̄
cellini et petri sollempnitate
letificas· pr̄a q̄s· ut quorum
gaudemus meritis prouo
cemur exemplis· ℓ. lectio libri
Adiebus apoc: bī iohis apli.
illis: Respondens unus
de senioribus: dixit michi· hi
qui amicti s̄t stollis albis,
qui sunt et unde uenerunt
Et dixi illi· Dn̄e mi tu scis· Et
dixit michi· hij sunt qui ue
nerunt de tribulatōne ma
gna: et lauerūt stolas suas
et dealbauerunt eas in sang
ne agni· Ideo sunt ante thro
num dei: et seruiunt ei die
ac nocte in templo eius· Et
qui sedet in throno: habitat
sup illos· Non esurient neque
sitient amplius· neque cadet
sup illos sol neque ullus estus:
qm̄ agnus qui in medio thro
ni est reget illos· et deducet
illos ad uite fontes aquarum.
Et absterget deus omnem la
crimam: ab | R. Gloriosus· ·cx·
oculis eorum· | Alla· V. Fulge ·cxi·
bunt iusti· euglin· Cum

·lxxxv·
audieritis· off· ·cxiij· Mirabilis
deus in sanctis suis· sec·
Hostia hec q̄s domine quam
sanctorum tuorum natalicia re
censentes offerimus· et uincla
nr̄e prauitatis absoluat· et
tue nobis misericordie dona con
ciliet· ℓ. co ·cxiiij· Iustorum anime i· pc
Sacro munere satiati sup
plices te domine deprica
mur· ut quod debite seruitutis
celebramus officio· saluatio
nis tue sentiamus augmen
tum· ℓ. Scī medardi· epi· et cf. orō
Exaudi dn̄e preces nr̄as
q̄s in scī medardi con
fessoris tui atque sollempnita
te deferimus· ut qui tibi dig
ne meruit famulari· eius in
tercedentibus meritis ab om̄i
bus nos absoluas peccatis·
Accepta sit in con sec·
spectu tuo dn̄e nr̄a de
uotio· ut eius nobis fiat
supplicatōne salutaris pro
cuius sollempnitate defertur·
Da q̄s domine fide pc·
libus tuis sanctorum tuorum sep
uenerātōne letari: et eorum
perpetua supplicatōne muni

n. ℞. Scōr̄ Primi ⁊ felic̄ mr̄m
·cix·
Sapientiam scōr̄ narr̄. offr̄
Fac nos q̄s domine. orō
scōr̄ tuor̄ primi et fe
liciani semꝑ festa sectari. et
eor̄ suffragiis protectōnis
tue dona sentire. ℞. eplā.
·lxxxiii· ·cxi·
Expectatio. R̄. Exultabūt
scī in glā. Allā. Mirabilis do
·cxii· ·lxxxv·
minus. eūngl. Videns ihc
·cxiii·
turbas. offr̄. Letamini i dn̄o ⁊
exultā. iusti ⁊ glām̄ini. scr̄.
Fiat nobis dn̄e q̄s ho
stia sacranda placa
bilis preciosi celebritate mr̄
tir̄ii. que et peccata nr̄a puri
ficet. et tuorum tibi uota q
ciliet famulor̄. ℞. com̄. Ego
uos elegi de mundo. postcō.
Ds̄ omp̄s deus. ut scōr̄
tuor̄ primi et felicia
ni celestibȝ misteriis cele
brata sollempnitas. indul
gentiam nobis tue ꝓpitia
tōnis adquirat. ℞. Scī
·cii·
Michi barnabe apl̄i. offr̄.
autem nimis honorati. Glā.
Ds̄ omp̄s. orō. Inexcel.
deus. ut beatus bar
nabas apostolus tuum
pro nobis imploret auxili
um. ut a nr̄is reatibȝ abso
luti. a cunctis etiam pericu
lis exuamur. ℞. epistola.
·lxxx· ·ciii·
Iam nō estis. R̄. In omē
terram exiuit sonus. Allā.
·ciii·
V̄. Nimis honorati sunt. ante
penthecost̄ primū. Allā. V̄. Ni
·ciii·
mis honorat̄. sed Allā. V̄. Asce
·clxxxv·
dit deus in iubilatōne. eūgl. [de tpr.]
·lxxxii·
Hoc est preceptū. Credo.
·cv·
offr̄. In omnem t̄ram ex. scr̄.
Sacrandum tibi dn̄e
munus offimus.
quo beati barnabe apl̄i
tui sollemnia recolentes.
purificatōnem quoqȝ nr̄is
mentibȝ imploramus. ℞.
pfat. Te dn̄e. com̄. Vos qui
·cv·
Perceptis pōc. secuti est.
domine sacramentis
suppliciter exoramus. ut
intercedente beato barna
ba apl̄o tuo. que pro illius
ueneranda gerimus pas
sione nobis pficiant ad
medelam. ℞. Scōr̄ mr̄m
basilidis. cirini. naboris. et
·cix·
Sancti mei con nazarii. offr̄.
specta tuo dn̄e gemitus. orō.

Sanctorum tuorum basilidis.
cirini. naboris. et naza
rij. qs domine natalicia no
bis uotiua resplendeant.
et qd illis contulit excellē
tiam sempiternam. fructi
bz nre deuotonis accrescat.
.lxxxij. P. epla. Lingua sapienti
.cxi. um. R. Vindica domine.
.cxij. Alla. V. Te martyrum candi
.lxxxv. datus. ewangl. Attendite a
.cxiij. fermento. off Exultabunt sci i glā.
Pro scorum tuorum basi Sec.
lidis. cirini. naboris.
et nazarij sanguine uene
rando. hostias tibi sollem
niter immolamus. tua mi
rabilia pertractantes per que
talis est perfecta uictoria. P.
.cxiiij.
co Posuerunt mortalia. pco
Semper dne scorum tuorum
basilidis. cirini. naboris.
et nazarij sollemnia celebrā
tes. eorum patrocinia iugi
ter sentiamus. P. Scorum uiti
Deus qui et modesti mr̄ o.
nos annua scorum tuo
rum uiti et modesti sollem
nitate letificas. concede pro
pitius. ut quorum gaudemus
meritis. accendamur exē
plis. P. Secreta.
Oblatis qs dne placa
re muneribz. et intercedē
tibz scis tuis a cunctis nos
defende periculis. P. pcom.
Hec nos cōmunio dne
purget a crimine et
intercedentibz scis tuis ui
to et modesto celestis reme
dij faciat eē consortes. P. Scorum
Deus cirici et iulite mr. oro.
qui nos concedis sco
rum mrm tuorum cirici et iu
lite natalicia colere. da no
bis in etna beatitudie de
eorum societate gaudere. P.
Munera tibi dne Sec.
nre deuotionis offe
rimus. que et pro tuorum tibi
grata sint honore scorum. et no
bis salutaria te miserante
reddantur. P. postcom.
Prestā nobis domine qs in
tercedentibz scis tuis
cirico et iulita. ut que ore
contingimus pura mente capiamus. P.
Scorum marci et marcelliani mr.
.cix.
Salus autem iustorum offm.
a domino et protector eo

Presta quesumus omnipotens deus· ut qui sanctorum nerei et marcelliani natalicia colimus a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur· Per.

lxxxvii

Epistola· Si ei per fidem· R· Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium· Alleluia·

cxvi

Sancti et iusti domino gaudete nos elegit deus in hereditatem sibi·

lxxxv

Euangelium Cum audieritis·

cxvi

Offertorium Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum· Secreta

Munera tibi domine dicata sanctifica· et intercedentibus sanctis marco et marcelliano per eadem nos placatus intende· Per.

cxviii

Communio Amen dico uobis quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis uenite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum ab initio seculi· Postcommunio

Salutaris tui domine munere satiati supplices exoramus· ut cuius letamur gustu renouemur effectu· Per.

Sanctorum Geruasii et prothasii martyrum officium·

Loquetur dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur ad ipsum· Psalmus Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob· Gloria euouae.

Oratio Gloria in excelsis

Deus qui nos annua sanctorum tuorum geruasii et prothasii sollempnitate letificas: concede propitius· ut quorum gaudemus meritis accendamur exemplis· Per. Epistola· Iustorum animae· R· Iustorum animae in manu dei sunt· et non tanget illos tormentum lxxxvii cx

malitie. V. Visi sunt oculis insi
pientium mori illi autem sunt
in pace. Alla. V. Iusti epulentur ·cxii·
et exultent in conspectu dei. dele
tentur in leticia. Secundum
In illo tempore: Cum marcum
egrederetur ihesus de templo:
ait illi unus ex discipulis
suis. Magister: aspice quales
lapides et quales structure.
Et respondens ihesus: ait illi.
Vides has omnes magnas e
dificationes: Non relinque
tur lapis super lapidem: qui
non destruatur. Et cum sederet
in monte oliuarum contra
templum: interrogabant
eum separatim. petrus. et ia
cobus. et iohannes. et andre
as. Dic nobis quando ista fient:
et quod signum erit. quando hec
omnia incipient consummari.
Et respondens ihesus: cepit di
cere illis. Videte ne quis
uos seducat. Multi enim ue
nient in nomine meo dicen
tes quia ego sum: et mul
tos seducent. Cum audie
ritis autem bella et opinio
nes bellorum: ne timue
ritis. Oportet enim hec fieri:
sed nondum finis. Exurget
autem gens super gentem. et
regnum super regnum: et erunt
terre motus per loca et fames.
Initium dolorum hec. Vi
dete autem uos metipsos.
Tradent enim uos in conciliis
et in synagogis uapulabi
tis. Et ante reges et presides
stabitis propter me: in testi
monium illis. Et in omnes gen
tes. primum oportet predicari
euangelium. Et cum duxerint
uos tradentes. nolite pre
cogitare quid loquamini:
sed quod datum fuerit uobis in
illa hora. id loquamini. Non
enim uos estis loquentes: sed
spiritus sanctus. Tradet autem frater
fratrem in mortem: et pater
filium. Et consurgent fi
lii in parentes: et morte
os afficient. Et eritis odi
o omnibus propter nomen meum.
Qui autem sustinuerit in
finem: hic saluus erit. Off.
·cxiii·
Anima nostra sicut passer erepta est
de laqueo uenantium. laque
us contritus est et nos liberati sumus.

Munera tibi dñe s[e]c[reta]. dicata sacrifica et intercedentibz scis geruasio et pthasio. p eadem nos placatus intende. P[er]. com

Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas uolatilibz celi. carnes scorum tuorum bestiis terre. scdm magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Pcom.

Salutaris tui dñe munere satiati supplices exoramus: ut cuius letamur gustu renouemur effectu. P[er].

In vigilia sci iohis bapt. offitium

Ne timeas zacharia exaudita est oratio tua et elysabeth uxor tua pariet tibi filium et uocabis nomen eius iohannem et erit magnus coram domino et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue et multi in natiuitate eius gaudebunt.

Apparuit autem angelus dñi zacharie stans a dextris altaris incensi. Gl[ori]a

Presta qs oro. omps ds. evovae ut familia tua p uiam salutis incedat. et beati iohannis pcursoris hortamenta sectando.

ad eum quem predixit se
cutura perueniat. Dnm nrm
ihm xpm filium tuum Q.
terci. Lco ieremie pphete.
In diebꝫ illis: Factum ē
uerbum dni ad me dicēs.
Priusquā te formarem in u
tero noui te: et antequam
exires de uulua scificaui te.
et pphām in gentibꝫ dedi te.
Et dixi. A. a. a. dne deus. Ec
ce nescio loqui: quia puer
ego sum. Et dixit dns ad
me. Noli dicere quia puer
sum: quā ad omia que mit
tam te ibis. et uniusa que
cūq3 mandauero tibi loq
ris. Ne timeas a facie eoꝝ:
quia ego tecum sum ut eri
am te dicit dns. Et misit
dns manum suam: et teti
git os meum. Et dixit dns
ad me. Ecce dedi uerba mea
in ore tuo: ecce constitui te
hodie sup gentes ꝛ sup reg
na. ut euellas. et destruas.
ꝛ dispdas. et dissipes. et edi
fices. et plantes.
Dicit dominus
omps. R. Fuit ho

mo missus a
deo cui nomen iohan
nes erat hic ue
nit. V. Ut testimonium
perhiberet
de lumine et pararet
domino plebem per
fectam. Si dnica fuit Allā. V.
·xvii·
Justus ut palma florebit ꝛ
sicut cedrus multiplicabitur.
Initium sci ēuangly. S. lucam.
Fuit in diebꝫ herodis
regis iudee. sacerdos
quidam nōie zacharias

uice abia: et uxor illi de filia
bz aaron. et nomen eius ely
sabet. Erant autē iusti ambo
ante deum: incedentes ī om
nibz mandatis. ⁊ iustificati
onibz dn̄i sine querela. Et n̄
erat illis filius: eo qđ esset
elisabeth sterilis. et ambo
processissent in diebz suis.
Factum ē autē cum sacdotō
fungeretur zacharias ī or
dine uicis sue ante deum: se
cundum consuetudinem sa
cerdotij sorte exijt ut incen
sum poneret. ingressus in
templum dn̄i. Et omnis
multitudo erat ppli orans
foris: hora incensi. Apparu
it autē illi angl's dn̄i: stans
a dextris altaris incensi. Et
zacharias turbatus ē uidēs:
et timor irruit sup eū. Ait au
tem ad illum angl's. Ne time
as zacharia: qm̄ exaudita
ē dep̄catō tua. Et uxor tua e
lizabeth pariet tibi filium:
et uocabis nomen eius iohā
nem. Et erit gaudium tibi:
et exultatio: et multi ī na
tiuitate eius gaudebunt.

Erit enim magnus coram do
mino: et uinū ⁊ siceram nō bi
bet. et sp̄u sc̄o replebitur ad
huc ex utero matris sue. Et
multos filior̄ isrł conuertet
ad dominū deū ipsor̄. Et ipse
precedet ante illum ī sp̄u ⁊
uirtute helye: ut conuertat
corda patrum in filios. et
incredulos ad prudentiā
iustor̄ parare dn̄o. plebem
p̄fectam. off. Gl'a ⁊ honore ·cviij·
coronasti eum et constituisti
eū sup op̄a manuū tuar̄ dn̄e.
Munera dn̄e oblata sec
sc̄ifica. et intercedente
beato iohanne baptista nos
p hec a peccator̄ nr̄or̄ maculis
emunda. p. com Magna ē ·cviij·
gl'a eius ī salutari tuo. gl'am
et magnū decorem īpones
Beati p com sup eū dn̄e.
Iohannis baptiste nos
domine preclara comitetur
oratio: et quem uenturū
eē predixit. poscat nobis fo
re placatum. Dn̄m nr̄m
ihesum xp̄m filium tuū.
Qui tecum uiuit et regn̄.
In die officium.

De uen tre matris me
e uocauit me domi
nus nomine meo et po ſu
it os me um ut gladium
acu tum ſub tegumento
manus ſu e protexit me
po ſu it me qua ſi ſagit
tam electam. Audite
inſule et attendite populi
delonge dominus ab utero

uocauit me. Gl'a. euouae.
Deus oro G'la in excel
qui preſentem diem
honorabilem nobis i beati
iohis natiuitate feciſti: da
populis tuis ſp'ualium g
tiam gaudiorum. et o'ium fi
delium m'tes dirige i uiam
ſalutis et'ne. P. lco yſaie
Hec dicit d'ns. prophe.
Audite inſule: et
attendite p'pli delonge. Do
minus ab utero uocauit
me: de uentre matris mee
recordatus eſt nominis
mei. Et poſuit os meu' q'ſi
gladium acutu': in umbra
manus ſue protexit me: Et
poſuit me ſicut ſagittam e
lectam: in pharetra ſua ab
ſcondit me. Et dixit m. Se
uus m's es tu iſr'l: q'r i te gl'o
bor. Et nu'c hec dicit d'ns:
formans me ex utero ſer
uum ſibi. Dedi te in lucem
gentium: ut ſis ſalus me
a uſq; ad extremum terr
Reges uidebunt et con

gent principes: et adorabūt
ipsū dn̄m deum tuum. et scm̄
isrl̄ qui elegit te. R.

Priusquam te formarem
in utero no ui te et
ante quam exires de uen
tre sanctificaui te. V.

Misit do minus
manum su am et
tetigit os meum.

Alle lu ya.
V. Inter na
tos mulie
rum non sur
rexit maior iohan
ne bapti

Sc̄dm lucam
In illo tempore:
Elisabeth im
pletum est tempus pariendi:
et peperit filium. Et audie
runt uicini et cognati eius:
quia magnificauit dn̄s mi
sericordiam suam cū illa: et co
gratulabantur ei. Et factum
est in die octaua uenerunt
circumcidere puerum: et uo
cabant eū nōie pr̄is sui za
chariam. Et respondens
mater eī: dixit. Nequaquā:
sed uocabitur iohēs. Et dixe
runt ad illam. Quia ne
mo est in cognatōne tua:
qui uocetur hoc nomine.

Innuebant autē pr̄i eius: quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Johannes ē nom̄ eius. Et mirati sunt uniūsi. Apertum est autem ilico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicens deum. Et factus ē timor sup omnes uicinos eorū: et sup om̄ia montana iudee diuulgabantur om̄ia uerba hec. Et posuerunt om̄s qui audierant ī corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit? Et enim manꝰ dn̄i erat cum illo. Et zacharias pat eius impletus ē spū scō: et pphauit dicens. Benedictus dn̄s deus isrl̄: quia uisitauit et fecit redemptōnem plebis sue. Off. Justus ut palma florebit sicut cedrus que ī libano ē multiplicabitur. Secr.

Tua dn̄e muneribꝫ altaria cumulamus. illius natiuitatem honore debito celebrantes. qui saluatorem mundi et cecinit affuturum. et adesse monstrauit. Dn̄m nr̄m ihm xpm filiū tuum q̄ tec. Co.

Tu puer propheta altissimi uocaberis: preibis enim ante faciem domini parare uias eius. Pco.

Sumat ecclia tua deus beati iohannis baptiste generatōne leticiam. p quem sue regeneratōis cognouit actorem. Dn̄m nostrum ih xpm filiū tuū. Qui tecum uiuit et regnat. Jo.

Mrm Johis et pauli. Offi.

Multe tribulationes iustorum et de his omnib

liberauit e os dominus do
minus custo dit omnia
ossa e orum unum ex
his non conteretur. ℟ Be
nedicam dominum in omni
tempore semper laus eius in ore
meo. Gla. euouae. Gla iex.
Qs omps deus. ut Oro
nos geminata leticia
hodierne festiuitatis exci
piat: que de beatorum iohis
et pauli glorificatione pro
cedit. quos eadem fides et pas
sio uere fecit esse germanos.
Ep. Ad romanos.
Fratres: Quis nos sepa
rabit a caritate xpi. Tribula
tio. an angustia. an persecu
tio. an fames. an nuditas.
an periculum. an gladius.
Sicut scriptum est. Quia
propter te mortificamur tota
die: estimati sumus ut oues
occisionis. Sed in his omnibus
superamus: propter eum qui di
lexit nos. Certus sum enim.
quia neque mors. neque uita.
neque angeli. neque principatus.
neque uirtutes. neque instan
cia. neque futura. neque fortitu
do. neque altitudo. neque pro
fundum. neque creatura ali
a poterit nos separare a cari
tate dei. Que est in xpo ihu do
mino. ℟ Ecce quam bonum et cxi
nisi. ℣ quam iocundum habitare
fratres in unum. ℣ Sicut ungentum
in capite quod
descendit in barbam
barbam aaron. Alle
luya.
℣ Isti sunt

du e oli ue et duo can
dela bra lucen tia ante do
minum ha
bent potesta tem
claudere celum nubi bus
et a pe rire por tas
eius quia lingue e o
rum claues ce li facte
.lxxxv. sunt . Euangelium. Atten … dite a fermen … to . Off. cxviii. Gloriabu
tur in te omnes qui diligunt
nomen tuum quoniam tu benedices iu
sto domine ut scuto bone uolu
tatis tue coronasti eos . Secr.
Hostias tibi domine sanctorum
martyrum tuorum iohannis
et pauli dicatas meritis
benignus assume . et ad
perpetuum nobis tribue p
uenire sub
sidium . Ps. Com. Et si coram
hominibus tormenta passi
sunt deus temptauit e
os tanquam aurum in for
nace probauit e os et
quasi ho locausta accep
Sump p[ro]dc. simus
domine sanctorum tuorum e os
sollempnia celebrantes :
presta quesumus ut quod temporaliter
gerimus . eternis gaudiis

consequamur. ps.
In vigilia aplorum petri et pauli officium.

Dicit dominus petro
cum esses iunior cingebas
te et ambulabas ubi uo
lebas cum autem senueris
exten des manus tu
as et alius te cin get et
ducet quo tu non uis hoc
autem dixit significans
qua mor te clarificaturus

esset de um. ps. Celi e
narrant gloriam dei et opera
manuum eius annuntiat fir
mamentum. Gloria. euouae.

Presta qs omps deus: oro
ut nullis nos pmit
tas pturbationibz concuti
quos in aplice confessionis
petra solidasti. p. lco actuum
In diebz illis: Pe aplorum
trus et iohannes ascende
bant in templum: ad horam
orationis nonam. Et quidam
uir qui erat claudus ex ute
ro matris sue baiulabatur:
quem ponebant cotidie ad
portam templi que dicitur
speciosa. ut peteret elemo
sinam ab introeuntibz in
templum. Is cum uidisset
petrum et iohem incipientes
introire in templum: roga

bat ut elemoſinam accipe
ret. Intuens autem in eũ
petrus cum iohanne dixit
Reſpice in nos. At ille in
tendebat in eos: ſperans ſe
aliquid accepturum ab e
is. Petrus autem dixit.
Argentum et aurum nõ
eſt michi: qđ autẽ habeo
hoc tibi do. In nomine ihũ
xp̃i nazareni. ſurge et am
bula. Et apprehenſa ma
nu eius dextera: alleua
uit eum. Et protinus cõ
ſolidate ſunt baſes eius
et plante: et exiliens ſte
tit et ambulabat. Et intra
uit cum illis in templum:
ambulans et exiliens et
laudans deum. Et uidit
eum om̃is pp̃ls ambulan
tem. ⁊ laudantem deum.
Cognoſcebant autẽ illum:
qm̃ ipſe erat qui ad elemo
ſinam ſedebat ad ſpecioſã
portam templi. Et impleti
ſũt ſtupore et extaſi: in eo
qđ contigerat illi. R. In
.cxiii.
omnem t̃ram exiuit ſonus
eorum ⁊ in fines orbis t̃re ũba

eorum. ℣. Celi enarrant gl̃am
dei ⁊ op̃a manuũ eius annũ
tiat firmamentũ. ſi dñe ſuꝰ. Alla
.cxiii.
℣. Nimi honorati ſ͛t amici tui
deus nimis confortatus ẽ pn
cipatus eorum. Secundum iohem.
In illo tempore. Dixit ihc̃ ſi
moni petro. Simon iohĩs
diligis me plus his? Dicit
ei. Etiam dñe: tu ſcis quia
amo te. Dicit ei. Paſce ag
nos meos. Dicit ei iterum.
Simon iohĩs diligis me. Ait
illis. Etiã dñe: tu ſcis q͛ amo
te. Dicit ei. Paſce agnos me
os. Dicit ei tercio. Simon
iohannis amas me? Con
triſtatus eſt petrus. quia
dixit ei t͛cio amas me: et di
cit ei. Dñe tu om̃ia ſcis: tu
ſcis quia amo te. Dicit ei.
Paſce oues meas. Am̃ am
dico tibi: cum eẽs iunior
gebas te. et ambulabas ubi
uolebas. Cum autẽ ſenue
ris extendes manus tuas:
et alius te cinget: et du
cet quo non uis. Hoc au
tem dixit: ſignificans q̃
morte clarificaturus e

·ciiij·

deum· off· Michi autem ni
mis honorificati sunt amici tui
deus· nimis confortatus est
principatus eorum· sec.
Munus populi tui domine quesumus
apostolica intercessione sanctifica·
nos que a peccatorum nostrorum ma
culis emunda· p. com·

Symon iohannis diligis
me plus his domine tu om
nia nosti tu scis domi
ne quia a a mo te.

Quos celesti domine p com.
alimento satiasti. a
plicis intercessionibus
ab omni adversitate custodi·
p. Eodem die sancti leonis pape oratio.

Deus qui beatum leo
nem pontificem sanctorum
tuorum meritis coequa
sti: concede propitius ut qui
commemorationis eius festa
percolimus· uite quoque imi
temur exempla· p. sec.

Annue nobis domine ut
intercessione beati leonis
hec nobis prosit oblatio· qua
immolando totius mundi
tribuisti relaxari delicta· p.

Deus qui anime p com
famuli tui leonis eterne
beatitudinis premia con
tulisti: concede propitius ut
qui peccatorum nostrorum pondere pre
mimur: eius apud te precibus
subleuemur· p. dominum n.

In die officium·

Nunc scio uere quia
misit dominus ange lum
su um et eri puit me
de manu he ro dis et
de omni expectatione

ple uis uideorum. ℟. Do
mine probaſti me et cogno
uiſti me et cognouiſti ſeſſio
nem meã et reſurrectionẽ meã.
Glã. Gloria i excelſ.
Deus oro
qui hodiern evovae
nam diem aplõꝝ tuorum
petri et pauli martirio cõ
ſecraſti: da ecclie tue eorum
in omĩbꝫ ſequi preceptum.
p quos religionis ſumpſit
exordium. P. Lco act aplõꝝ
In diebꝫ illis: Miſit herodes
rex manus: ut affligeret
quoſdam de ecclia. Occidit
autẽ iacobum frẽm iohis
gladio. Uidens autẽ quia
placeret iudeis: appoſuit
apprehendere et petrum.
Erant autẽ dies azimorũ.
Quem cum apprehendiſſ

miſit in carcerem: tradens
quatuor q̃ternionibꝫ mili
tum cuſtodiendũ. uolens
poſt paſcha producere eum
ppl'o. Et petrus quidẽ ſerua
batur in carcere. Oro autẽ
fiebat ſine intermiſſione
ab ecclia ad deum p eo. Cu
autẽ producturus eũ eẽt
herodes: in ipſa nocte erat pe
trus dormiens inter duos
milites uinctus cathenis
duabꝫ. Et cuſtodes ante o
ſtium cuſtodiebant carcerẽ.
Et ecce angls dñi aſtitit: et
lumẽ refulſit in habitaculo.
Percuſſoq; latere petri exci
tauit eum dicens. Surge ue
lociter. Et ceciderunt cathe
ne de manibꝫ eius. Dixit au
tem angelus ad eũ. Precin
gere: et calcia te caligas
tuas. Et fecit ſic. Et dixit
illi. Circunda tibi ueſti
mentum tuum: et ſequere me.
Et exiens ſequebatur eũ:
et neſciebat quia uerũ eſt
qd fiebat p angelum. Exi
ſtimabat autẽ ſe uiſum uide
re. Tranſeuntes autẽ pri

mam · 7 scdam custodiam: uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatē que ultro apta est eis. Et exeuntes pcesserunt uicū unū: et continuo discessit angls ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio uere quia misit dns anglm suum et eripuit me de manu herodis: et de omī expectatōne plebis iudeorū. R. ·cui· Constitues eos pncipes sup omnem trām memores erunt nōis tui dne. V. Pro pr̄ibz tuis nati sᷓ tibi filij ppterea ppli confitebunt tibi.





In illo tempe. S mathm. Venit ihc in ptes cesa lis rie philippi: et interrogabat discipulos suos dicēs. Quem dicunt homines ēē filiū hominis? At illi dixerunt. Alij iohēm baptistā. alij autem helyam. alij uero ieremiam aut unū ex prophetis. Dicit illis ihc. Vos autem quem me ēē dicitis? Respondens symon petrus dixit. Tu es xpc filius dei uiui. Respondēs

autem ihc: dixit ei. Beatus
es ſymon bariona. quia
caro et ſanguis nō reuela
uit tibi ſꝫ pater meus qui
in celis eſt. Et ego dico t
quia tu es petrus: et ſup
hanc petram edificabo ec
cliam meam. Et porte in
feri non preualebunt adu
ſus eam. Et tibi dabo cla
ues regni celorum. Et quod
cunqꝫ ligaueris ſup terram:
erit ligatum et in celis.
Et quodcunqꝫ ſolueris ſup
terram: erit ſolutum et in
celis. Credo. off. Conſti
tues eos principes ſuper
omnem terram memores erunt
nōis tui in omni progeni
e et generatione. ſecr.
Hoſtias dñe quas no
mini tuo ſacrandas
offerimus. aplica proſequatur
oro. per quam nos expiari tri
buas et defendi. p.
pref. Te do
mine. com Tu es pe
trus et ſuper hanc pe

tram edificabo eccleſiam
Quos pco
celeſti do
mine alimento me am
ſatiaſti. aplicis intercesſ
ſionibꝫ ab omni aduerſitate
cuſtodi. p. commemoratione ſ. p.
Scio cui credidi
et certus ſum quia potens
eſt depoſitum meum ſer
uare in illum diem
De reliquo repoſita eſt m
chi corona iuſticie. Gla. euoue.
Deus qui oro Gla. mero
uniuerſum mundum
beati pauli apli predicatione

decuisti: da nobis qs. ut cuius
natalicia colimus. eius
apud te patrocinia senti
amus. P. Mem de sco petro
Deus qui beato oro.
petro aplo tuo. colla
tis clavibz regni celestis.
ligandi atque solvendi pon
tificium tradidisti. concede
ut intercessionis eius au
xilio. a peccatorum nostrorum nexibz
liberemur. P. Mem de sco
Iohanne. Ad Galathas.
FRS: Notum vobis
facio evangelium qd evange
lizatum est a me: quia non
est secundum hominem. Neque
enim ego ab homine acce
pi illud. neque didici: sz per re
velationem ihu xpi. Audi
stis enim conversationem me
am aliquando in iudaismo:
quoniam supra modum persequebar
ecclesiam dei. et expugnabam
illam. et proficiebam in iu
daismo. supra multos coeta
neos meos in genere me
o. abundantius emula
tor existens paternarum
mearum traditionum. Cum

autem placuit ei qui me
segregavit ex utero matris
mee. et vocavit per gratiam su
am. ut revelaret in me fi
lium suum ut evangelizarem
illum in gentibz: continu
o non adquievi carni et
sanguini. neque veni ihe
rosolimam ad antecesso
res meos aplos sz abii in
arabiam. et iterum rever
sus sum damascum. Deinde
post annos tres veni ihe
rosolimam videre petrum:
et mansi apud eum diebz quin
decim. Alium autem aplorum
vidi neminem: nisi iacobum
fratrem dni. Que autem scri
bo vobis: ecce coram deo
quia non mentior. R.
.xiiij.
Qui operatus est petro in aplatum
tum operatus est et michi inter gentes
et cognoverunt gratiam dei que
data est michi inter gentes et
cognoverunt gratiam dei que da
ta est michi. V. Gratia dei in me
vacua non fuit sz gratia eius sem
per in me manet. Alla. V. Mag
.xiiij.
nus scs paulus vas electionis
vere digne est glorificandus.

In illo tempe: Sc̄dm mathm
Dixit ſymon petrus ad
ihm. Ecce nos relinquim̄
om̄ia: et ſecuti ſumus te.
Quid ergo erit nobis? Ihc
autē dixit illis. Amen di
co uobis: quod uos qui ſe
cuti eſtis me in regenera
tione cum ſederit filius
hominis in ſede maieſta
tis ſue. ſedebitis et uos
ſup ſedes duodecim. iudi
cantes duodecim tribus
isrl̄. Et om̄is qui relique
rit domum. ul̄ frēs aut
ſorores. aut patrem. aut
matrem. aut uxorem. aū
filios. aut agros ppt̄ no
men meum: centuplum
accipiet. et uitam etnam
poſſidebit. Credo. off. Mi
.cviij.
chi autē nimis honorificati
ſt̄ amici tui deus. nimis cō
fortatus est principatus eo
Hostias dn̄e. sc̄a. ℣ rū.
quas nomini tuo
ſacrandas offimus. aplī
ca proſequatur oro. p̄ q̄
nos expiari tribus et de
fendi. p̄. de ſcō petro. sc̄a.

Ecclie tue qs dn̄e preces
et hoſtias beati petri a
plī tui cōmendet oro. ut qd̄
pro illius glā celebramus.
nobis proſit ad ueniam. p̄.
p̄fat. Te dn̄e. com. Amen dico
.cv.
uobis qd̄ uos qui reliquiſtiſ
om̄ia et ſecuti eſtis me centu
plum accipietis. et uitam et
nam poſſidebitis. poſtcō.
Perceptis dn̄e ſacram̄
tis. beatis aplis int̄
ueuientibꝫ deprecamur ut
que pro illorum celebrata
ſunt glā. nobis proficiāt
ad medelam. p̄. de ſcō petro
Letificet nos qs pcom.
dn̄e munus oblatū
ut ſicut in aplō tuo petro
te mirabilem predicamus
ſic p illum tue ſumam̄ indu
lgentie largitatem. p̄. p̄.
.cix.
Sapientiam aplōꝝ off.
ſcōꝝ narrant ppli. et
laudem eoꝝ nūtiat ecclia.
nōia autē eoꝝ uiuent ī ſclm
ſcli. ℟. Exultate iuſti in dn̄o.
rectos decet collaudatio. Gla.
Deus oratio ℣ Glā in ex.
qui hodiernam die

aplorum tuorum petri et pau
li martirio consecrasti da eccle
sie tue eorum in omnibus sequi pre
ceptum. per quos religionis
sumpsit exordium. Per. Epla.
·lxxxi·
Scimus quoniam diligentibus.
·ciii·
R. In omnem terram exiuit sonus
eorum et in fines orbis terre uerba
eorum. V. Celi enarrant gloriam dei
et opera manuum eius annunciat
·ciiii·
firmamentum. Alla. V. Per manus
autem aplorum fiebant signa et
prodigia multa in plebe. Euglm.
·lxxxii·
Hoc est preceptum. Off. Ex
·cxiii·
ultabunt sancti in gloria letabuntur
in cubilibus suis. exultationes
dei in faucibus eorum. Sec.
Hostias domine quas nomini
tuo sacrandas offerimus
apostolica prosequatur oratio.
per quam nos expiari tribuis et
defendi. Per. Pref. Te domine. Co.
·cv·
Ego uos elegi de mundo ut ea
tis et fructum afferatis et fruc
tus uester maneat. Postcom.
Quos celesti domine alimento
satiasti. aplicis inter
cessionibus ab omni aduersita
te custodi. Per. Scorum martirum
processi et martiniani. Oro.
Deus qui nos sanctorum tuorum
processi et martiniani
confessionibus gloriosis circum
das et protegis: da nobis et
eorum imitatione proficere et inter
cessione gaudere. Per. Sec.
Suscipe domine preces et mu
nera. que ut tuo sint di
gna conspectu. sanctorum tuorum
precibus adiuuemur. Per. Postcom.
Corporis sacri et preciosi san
guinis repleti libamine
quesumus domine deus noster. ut quod pia de
uotione gerimus. certa re
demptione capiamus. Per. In
·cix·
Sapien. oct. aplorum offm.
Sapientiam sanctorum narrant populi.
et laudem eorum nunciat ecclia.
nomina autem eorum uiuent in seculum
seculi. V. Exultate iusti in domino.
rectos decet collaudatio. Gla. Gla.
Deus cuius oro. | in excs.
dextera beatum petrum
ambulantem in fluctibus ne
mergeretur erexit: et coa
postolum eius paulum tercio nau
fragantem de profundo pe
lagi liberauit. exaudi nos
propitius. et concede ut ambo
rum meritis eternitatis

glām conſequamur. ℞. Lc̄o
Hi ſunt uiri libri ſapie
miſcdie: quoꝝ iuſticie
obliuionem n̄ acceperūt.
Cum ſemine eoꝝ pmanet
bona: hereditas ſcā nepo
tes eoꝝ. Et in teſtamentis
ſtetit ſemen eoꝝ: et filij eo
rum ppter eos uſq; in eter
num manent. Generatō
eoꝝ et gl'a eoꝝ: non derelin
quetur. Corpa eoꝝ in pace
ſepulta ſunt: et nom̄ eoꝝ
uiuet in ſcl'a. Sapientiam
eoꝝ narrabunt omnes
ppli: et laudem eoꝝ pnū
tiet omnis eccl'ia. ℣. In
·ciij·
omnē t̄ram exiuit ſonus e
oꝝ: ⁊ in fines orbis t̄re u̇ba e
orum. ℣. Celi enarrant gl'a
dei et opa manuū eius ānū
tiat firmamentum. All'a. ℣.
·xxxviij·
Isti ſ͡t duo oliue et duo cande
labra lucentia ante dn̄m. ha
bent poteſtatē claudere ce
lum nubibꝫ et apire portas
ei q' lingue eoꝝ claues celi
facte ſunt. Scdm matheū
In illo tempe. Iuſſit ih'c
diſcipulos ſuos aſcendere
in nauiculam. et precedere
